



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Dialecticæ**

**Dieterich, Conrad**


**Giessæ Hessorum, 1611**

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56580)



Q Vastio.

An yong generalissimo uide deponat.

Contra quod sit arguatur.

Quod dicitur nulli dicitur quod regatur. uero fuit illa  
nihil.

T. III.

Th. 4/17

7.

Artes liberales hisce compre-  
henduntur versiculis.

Gram loquitur, Dia vera docet, Rhetorica colorat  
Mus canit, Ar numerat, Geo ponderat,  
Astr colit astra.

Liberales et illiberales simul.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tenor, argutus  
Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana,  
rater.

Ex libris Petri Mentzeri  
J. M. Aug 1618.

~~1618~~  
Nerat Hofm.  
p. 115.

Q. fide in... ..

INSTITUTIONES  
**DIALECTICÆ;**

ex probatissimis

**ARISTOTELIS ET RAMI**

INTERPRETIBVS STUDIOSE

*conscripta, variisq; exemplis  
in usum*

**ILLUSTRIS PÆDA-  
GOGII GIESSENI**

*Collegii S. i. e. p. p. a. b. n. o.*  
**CUNRADO THEODORICO,**

PHILOSOPHIÆ MORALIS

Professore & Pedago-  
giarcha.

EDITIO SECUNDA.




**GIESSE HASSORUM.**

Excudebat Nicolaus Hampelius, Typ. Acad.

**MDCCXXI.**

*curator  
Spes mea*



ILLUSTRI ET GENEROSO  
DOMINO,

DN. MICHAELI à FREYBERG, LIB. BARONI  
in Justingen & Depffingen /rc.

NEC NON

*Nobilissima indolis & optima Spei adolescentibus,*

THEODORICO MORDIANO Kannen/  
in Bruchusen /


LUDOVICO-ADOLPHO Schwarzg/  
JOHANNI-SCHWICKHARDO à Cronberg/  
berg /

JOHANNI-PHILIPPO à Cronberg /

*Pietati, literis, & moribus humanioribus  
sedulam*

*In illustri PÆDAGOGIO GIESSENSI  
operam navantibus,*

*Discipulis suis dilectis  
S. P. P.*



ILLUSTRIS ET GENE-  
ROSE Dn. BARO, NOBILES  
item & optimæ spei  
adolescentes,



**A** N N U S nunc adimpletur  
quartus, ex quo, divina sic mo-  
derante providentia, Illustris  
hujus Pedagogii directio, ab  
ejusdem fundatore munificen-  
tissimo, Illustris. ac Celsiss. Principe & Do-  
mino, Dn. Ludovico Hassiæ Landgra-  
vio, &c. Dn. nostro clementissimo, clemen-  
ter mihi demandata est. Ab eo tempore in hoc  
unum ea, qua potui, fide & sollicitudine in-  
tubui, ut publicum Reipubl. literariæ commo-  
dum viriliter pro officii mihi demandati ra-  
tione proveherem. Nullum etenim munus  
Reipubl. afferre majus meliusve nos  
posse cum Cicerone rebar, quam si doceamus  
atque erudiamus juventutem, iis  
præsertim moribus atq; temporibus,  
quibus ita prolapsa est, ut omnium opi-  
bus refrænanda sit atq; coërcenda. Ut  
verò arduam istam regenda juven-  
tutis Pa-  
):( 2 dago-



EPISTOLA

*dagogica humeris meis impostam provin-*  
*tiam, laboriosam simul ac periculosam, cum*  
*publico discentium fructu administrare pos-*  
*sem, duo in primis necessaria animadverte-*  
*bam: Iustam nimirum disciplinae severitatē:*  
*& succinctam artium atq; scientiarum pro-*  
*ponendarum perspicuitatem. His namq; tan-*  
*quam immotis fundamentis universa non so-*  
*lum molis Paedagogica strues omnium sanio-*  
*rum iudicio innititur; sed & labefactatis iis-*  
*dem, concutitur: destructis verò, funditus e-*  
*vertitur. Et certè disciplinam summoperè in*  
*informandis teneræ iuventutis animis neces-*  
*sariam esse, nullus erit, qui in dubium vocabit.*  
*Hæc etenim, ut Bernhardi verbis utamur,*  
*compositum reddit omnem corporis*  
*statum, nec non & mentis habitum:*  
*cervicem submittit: supercilia ponit:*  
*vultum cõponit: ligat oculos: cachin-*  
*nationes cohibet: moderatur linguam:*  
*frenat gulam: sedat iram: format inces-*  
*sum. Ut non immeritò propterea dux iti-*  
*neris salutaris, fomes ac nutrimentum*  
*bonæ indolis, & magistra virtutis à S.*  
*Cypriano appellata fuerit. Cùm hac vel omni-*  
*nò sublata, vel saltem non legitimè usurpata,*  
*etiam optima indolis pueri corrumpantur,*  
*animi*

## DEDICATORIA.

animi ad virtutem alioquin proclives, vitiis ac moribus pravis inficiantur, ingenia excitata & liberalia negligantur, torpescencia nato torpore absumantur, nec ulla ad quicquam unquam habilia reddantur. Quin & omnis institutio vana sit ac irrita, nulla erga superiores reverentia, & ad bonum obedientia; nullus in pietate & honestis moribus utilis profectus, sed ad illicita & pessima quævis turpis defectus. In quem finem fideles & cordati Præceptores cum Lacone illo Pedagogo, cuius Plutarch. in Lacon. meminit, non tantum hoc agent, ut adhibita iusta disciplina severitate, pueri ipsorum fidei commissi, honestis delectentur, turpibus offendantur: sed ipsi etiam vita integritate & morum gravitate iisdem ubi vis locorum prælucubunt. Quamvis enim in nullo loco disciplinam suam præceptor deferere debeat: Prudentibus tamen, ex præscripto Hugonis l. 3. didasc. ibi conservanda est maximè, ubi vel neglecta, pluribus generat scandalum, vel custodita, bonæ imitationis est exemplum. Sicut sæpè, quod Gregor. in moral. habet, à disciplinæ metu resolvimus subditos: Si nostro regimini hilaritatis fræna relaxamus; quia dum nos quasi licen-

EPISTOLA

rer latos adspiciunt, audacius ipsi ad  
 illicita resolvuntur. *Sed tamen providè  
 cavendum, ne justa disciplinae severitas in au-  
 steritatem ac ferocitatem degeneret. E for-  
 namq; Classica plagosos ac tetricos Orbilius o-  
 mnino proscriptos volumus, cum, B. Hierony-  
 mo teste, nihil foedius sit præceptore fu-  
 rioso, qui cum debeat esse mansuetus  
 & humilis ad omnes, ex diverso, torvo  
 vultu, tumentibus labiis, rugatâ fron-  
 te, effrenatis convitiis, facie inter rubo-  
 rem & pallorem variata, clamore per-  
 strepitat, errantes non tam à bono re-  
 trahit, quàm ad malum suâ sævitiâ præ-  
 cipitat. Imitari quidem Præceptores debent  
 Medicos, non semper egrotos blandè alloquen-  
 tes, sed quandoq; austerè obiurgantes, sicut An-  
 tisthenes severus ille discipulorum suorum  
 censor olim dicebat: veruntamen austera istæ  
 obiurgationes, increpationes, correptiones &  
 correctiones paternorum affectuum modera-  
 mine temperata esse debent. Verum enim est  
 illud Comici,*

————— Verberibus haud solis puer  
 Verbis sed induendus ad rectum bonis.

Hoc patrium est, inquit Terentianus Micio, potius  
 consuefacere filium

Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu:

Hoc pater ac dominus interest, hoc qui nequit

Fatca.

## DEDICATORIA.

Fateatur nescire imperare liberis : &

Qui congrua disciplina, ait *B. Ambrosius*, unumquemq; arguit, eruditum se ac probabilem doctorem in conspectu omnium ostendit. Quod si verò duriorē nonnunquam plagosi alicuius præceptoris discipline puer subiciatur, animum propterea non despondeat, nec studia abiciat, sed illud *Ausonii* recolligat :

Tu quoq; ne metuas, quamvis scholæ verberè multo  
Increpet, & truculenta senex gerat ora Magister.  
Degeneres animos timor arguit : at tibi consta  
Intrepidus : nec te clamor, plagæq; sonantes  
Nec matutinis agitet formido sub horis :  
Quod sceptrum vibrat ferulæ, quod multa supellex  
Virgea, quod mollis scuticam prætexit aluta :  
Quod fervent trepido subsellia vestra tumultu.  
Ille licet tristis senio, nec voce serenus,  
Aspera contractæ minitetur jurgia frontis,  
Nunquam inanis erit.

Post disciplina severitatem, in informandâ juventute scholasticâ succinctam præceptorum artium perspicuitatem requirimus. Et ista quàm sit necessaria, vel unum illud *Poëtæ* præceptum sufficienter comprobat ;

Quicquid præcipies esto brevis, ut citò dicta  
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.  
Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Carendum tamen & hic fuerit ne succinctâ præceptorum brevitate, vel rem ipsam obscuremus, quod plerunq; ita usu venire vide-

## EPISTOLA

*mus juxta tritum illud: Obscurus fio, dum brevis esse volo: vel etiam sub brevium compendiorum specie laborifuga adolescentiæ blandiamur. Brevitatem enim exigimus eam solum, quæ tractandis rebus adæquata, nullam præceptorum partem necessariam detruncat: Absit enim, ut cum B. Augustino multiloquium reputemus, quando necessaria dicuntur. Vnde iterum vulgatus ille versiculus: Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis. Perspicuitas verò brevitati conjungenda. Cùm enim omnis informatio tenelle iuventutis gratiâ instituat, ad eosdem certè demittere se præceptores, illis se unice conformare, illorum captui se studiosè accommodare, adeoq; verbis clavis & perspicuis præcepta instillanda proponere, proposita exemplis tritis, facilibus ac communibus illustrare debent; ut non tantùm ipsi discipulos summâ dexteritate cum fructu informare, sed & hi suavi facilitate præscripta percipere, ex iisdemq; proficere laudabiliter possint. Præceptoris namq; hoc exigit fidelitas, ut omnia ad discipulorum commodum dirigat, non turpem quæstum inspiciat, nec vanum eruditionis vanæ, otiosis & odiosis subtilitatibus ac perplexis obscuritatibus, apud imperitos pue-*

## DEDICATORIA.

ros applausum querat. Et Discipuli hoc requirunt studium, ut ad edificationem sui & aliorum scientiam appetat, non ostentationis & curiositatis gratiã eandem addiscat. Bene B. Bernhardus, sunt, inquit, qui scire volunt eo tantum fine, ut sciant, & turpis curiositas est; & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, & turpis quæstus est: & sunt, qui scire volũt, ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Sed sunt quoq;, qui scire volunt, ut ædificent, & charitas est: & sunt, qui scire volunt, ut ædificentur, & prudentia est. Omnia isthac mecum perpendens ab initio vocationis meæ ad arduum illud quod administro Pedagogiarchiæ munus, hoc unum egi, huc omnem curam, sollicitudinem & laborem direxi, ut juxta disciplinæ moderatam severitatem, præcepta artium perspicuè explicare, & succinctâ brevitate discipulis fidei meæ commissis proponere cum fructu possem. Eum in finem non tantum doctrinam Catechetica ( quæ pietatis & purioris Religionis regula, omnis itemq; solidioris eruditionis fundamentum est) ante omnia per quæstiones breves explicui, sed & pari dexteritate ac fide præcepta Logica & Rhetorica proposui, variisq; exem-

): ( 5                          plis

## EPISTOLA

*plis pro discentium captu illustravi. In his ve-  
 rò Ramum, praesertim in doctrinâ Topicâ ob-  
 perspicuitatem sequi, in reliquis, partim Ra-  
 meorum, partim Aristotelicorum methodum  
 pro renata adhibere volui. Nuda enim pra-  
 cepta vel Ramea vel Aristotelica ut propone-  
 rem, è discentium utilitate non futurum iu-  
 dicabam: quoniam ista succincta nimis, &  
 ob id obscuriora: haec verò proluxa satis, & ob  
 id difficiliora. Media igitur nobis via ince-  
 dendum tutius multò & satius fore existima-  
 bam. Proinde necessaria saltem, & discipulo-  
 rum nostrorum captui convenientia ex iisdem  
 desumpsi, ac suis quaque locis appositè, quan-  
 tum fieri potuit, pertractavi, variâq; exem-  
 plorum farragine declaravi. Si enim, meo  
 quidem iudicio, quicquam est, quod ad prae-  
 ceptorum cognitionem & intelligentiam facit:  
 Exemplorum certè est appositorum varietas,  
 quibus tanquam radiis quibusdam obscurio-  
 ra ita illustrantur, ut absq; magna difficultate  
 dociles juvenum animi facile ea perspicere ac  
 percipere queant. Quanquam verò ab initio  
 haec praecepta Logica non eum in finem in ca-  
 lamum dictata à me fuerint, ut publici ali-  
 quando iuris fierent: describentium tamen  
 incuria & inscitia factum est, ut quàm plu-  
 rimis*

## DEDICATORIA.

rimis descripta exemplaria erratis ac vitiis  
scaterent, quæ tum sensum præceptorum planè  
inverterent, tum discentes etiam plurimùm  
retardarent. Vnde ipsa rei indignitas, æquè ac  
crebra Dn. Collegarum monita me commo-  
vère, ut typis eadem evulgari tandem passus  
fuerim. Non equidem ut vanam vilibus hisce  
laboribus meis gloriam apud alios aucuparer:  
scio enim à doctioribus longè antè infinitos pe-  
nè libros Logicos, & doctiores, & perfectiores,  
& utiliores editos esse: sed tantùm ut Discipu-  
lorum meorum incolumitatem promoverem,  
studiaq; ipsorum, quantum quidem possem,  
hoc labore meo in varem. De reliquis sollicitus  
nunquam fui. Captent illa illi, qui volunt &  
possunt. Mihi sine meo subsistere & acquie-  
scere sufficit.

Vobis verò, Illustris & Generose Dn. Baro,  
Nobiles item ac optima spei adolescentes, di-  
scipuli dilectissimi, has meas institutiones præ  
in veterato scriptionum more consecrare vo-  
lui: ut publico hoc monumento omnibus ac  
singulis meum in vos favorem ac plus quàm  
paternum affectum publicè testatum redde-  
rem. In primis verò, ut in vobis etiam amo-  
rem erga laudatissimum divinæ Logices stu-  
dium excitarem: sine qua omnes aliæ scientiæ  
& ar-



EPISTOLA

*& artes frigent ; sine qua eruditio perfecta  
 nulla sperari , multò minus comparari potest ;  
 sine qua omnis noster in studiis conatus nul-  
 lus , labores nulli , vigiliae & lucubrationes  
 nulla , adeoq; omne quicquid est , nullum est.  
 Cum ergo vobis hic unus praefixus esse scopus  
 debeat , ut Illustram , Generosam , ac Nobilem  
 vestram familiam propria vestra generositate  
 & virtute exornetis & amplificetis : Vera  
 verò laus & aeviterna nominis gloria è literis  
 & artibus proveniat : hoc agite , ut dum in  
 hac artium humaniorum palestra acerrimè  
 depugnatis , fundamenta Logica ante omnia  
 feliciter ponatis : ut iisdem praesuppositis , su-  
 periorum Facultatum scientias cum fructu  
 & utilitate longè maxima superstruere possi-  
 tis. Hic nullius vos laboris pigeat , nullius  
 molestiae tædeat , nullius impensae pœniteat,  
 nihil quicquam pudeat. Radix quidem ar-  
 tium amara : fructus verò earundem dulcis ;  
 possessio constans : utilitas praestans : Laus, ho-  
 nor & gloria in sempiternum durans.*

*Haud ulla pretiosior hominibus omnibus  
 Possessio, Arte: vitæ & utilis magis.  
 Sortis etenim dubiique Mavortis vices  
 Ut cætera rapiant, manet salva ars tamen.*

*Hac itur ad astra! hac Illustrum & Ge-  
 nerosissimorum, nec non Nobilissimorum ve-  
 strorum*

## DEDICATORIA.

strorum parentum spem de vobis conceptam  
explebitis, hac vobis ipsis vestrisq; honori &  
ornamento eritis, hac familiam vestram Ge-  
nerosissimam ac Nobilissimam illustrabitis,  
amplificabitis, & ad seram usq; posteritatem  
cum æterna gloria propagabitis. Vale Illu-  
stris & Generose Baro: Valet & vos Nobilif-  
simi iuvenes, discipuli mei charissimi, hancq;  
meam ad vos *ωεσφωvnoiv* ea, qua proficisci-  
tur, mente suscipite, animo recondite, & in-  
xta eam vitam, mores, & studia vestra fide-  
liter ac feliciter instituite. P. in illustri Hes-  
sorum Giessena, Anno 1609. die Septem-  
bris 9. qua ipsa constantis. ille Martyr  
Hieronymus Pragensis, Iohannis Hussi disci-  
pulus, ob sinceram confessionem Evangelicam  
Constantiæ, Anno Christi 1415. combu-  
stus est.

*Or. ian. f. 4*

V. St. P.

Cunradus Dieterich / Philos.  
Pract. Prof. Pub. & Pæ-  
dagogiarcha.





CL. V.

CUNRADO THEODORICO,  
PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ PRO-  
fess. & illustris Pædagogii Giesseni Re-  
ctori, Logicas Institutiones  
edenti.

---

I.

**R**ebus in humanis Ratio quod, (Dux, Moderatrix,  
Dictatrix, Rectrix,) Artibus hoc Logica est.  
Exhibet artificio hanc studio, tibi, docta juvenus,  
Magnifici doctus de Ratione liber.  
Idem Director, Dux, Dictator, Moderator  
Est merito vester, grex studiose, Scholæ.

Casparus Gabriel Rasor J. U. D. Reipubl.  
Francofurtanæ Advocatus & Syndicus.

---

II.

**F**luminibus Logici cui lotum pectus aceti est,  
Lotus is, & lauta pro ratione placet.  
Fluminibus Logici qui purgat pectora aceti,  
Summus is, & summæ nomina laudis habet.  
Extat utrumq; tibi, Geniiq; probatur ab ausis,  
Ut scâter emissus, Clare vir, inde liber.  
Applaudens famæ voveo bona verba: per ævum  
Multa operi faveant pectora, plura vacent.

Gregor. Horstius D. & Med. Profess. in Acad.  
Giessena.



III.

**Ρ**ά μὲν ἄπερ κομιδῇ μικροῖς ἐπέεσι δίδαξεν  
 Ἀμφαγαπῶν χρυσέῳ τῶν βραχύτητα λίαν.  
 Ὅσα Σταγειρίτης μετὰ τῷ ἠδὲ Μελάγχθῳ  
 Πλείοσι γράψε βροτοῖς καὶ ἐπέεσι λιπῶν.  
 Βίβλω ταῦτα μικρῶν ἐνὶ ταύτῃ ὁ Θεοσύβελος  
 Χρήσιμα συγρᾶψας νῦν Θεόδωρος ἔχει.  
 Ἡρῶ, νεότης, τέτοις εἰς ἡμᾶς πάντα λογήσας  
 Εὐσὺν γράψανη, καὶ χάριν εἶχε Θεῶν.

M. Jacobus Myccius Praeceptor  
 Giellæ Classicus.

IV.

Ad studiosam juventutem.

**Q**ui sine vult Logica didicisse fideliter artes,  
 Fallitur, absq; illa dogmata cuncta jacent.  
 Hac sine nil Legum Doctor, nil proficit unquam,  
 Quisquis vult verbum rite secare Dei.  
 Est in communè vita hujus maximus usus,  
 Usu nec Logica rustica vita caret.  
 Vis ergo ò juvenis Logicam perdiscere paucis,  
 Vis studiis rectè consuluisse tuis.  
 Hunc, vix est melior, non fastidito laborem,  
 Quem tibi dat nostra Gymnasiarcha scholæ.

M. Henricus Medicus, Praeceptor  
 Pedagogicus.

V.

**E**rgo juventuti rursus de floribus almæ  
 Quos Sophiæ juvit teneris legisse viretis  
 Pieriam

Pieriam nectis Logices splendore corollam,  
O palmaris honos Aganippidos Hippocrenes,  
Gieffiaci Rector Parnassi, Fautor amice!

Scilicet exactum calles edoctus ad unguem  
Quis Logices usus! Logice Cynosura per  
omne

Theologum, Themidos, Medicæ, Melicæ æ-  
quor eunti.

Scilicet exactum calles edoctus ad unguem  
Quis Logices ortus! Logice fax lampadis ejus  
Quam tulit Japeti suboles præstantibus ausis  
Ex Hyperionidæ, Vulcani munere, curru.

Ordinet hæc Logice cumulum tibi laudis  
honora,

Nestoreos Lachesis feliciter ordinet annos,  
Cerberus in cerebro disturbet cuncta Theo-  
nis.

Scilicet exactum sic noscas doctus ad unguem  
Pergratum Musis Phæboq; fuisse laborem,  
Quo Logicen auges cura fama q; perenni.  
O palmaris honos Aganippidos Hippocre-  
nes,

Gieffiaci Rector Parnassi; Fautor amice!

*Fausta acclamationis ergò apposuit*

*M. Johannes Arnoldi de Fine, Hassniensis  
Darius, SS. Theol. Stud.*



PRÆ-



## PRÆCOGNITA SIVE

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ

DE SVBIECTO DIA-

lectica.



1. **U**BJECTUM Dialecticæ est id, circa quod potissimum versatur & occupata est.

*Dicitur aliàs Objectum, vel materia circa quam.*

2. Estque aliud Internum : aliud Externum.

3. Internum Logicæ Subjectum est mens, sive ratio, & intellectus.

*Dicitur aliàs Subjectum primarium; proprium; explicationis, seu denominationis, itemque, artis docentis. Quia ratio sive mens est illa ipsa res, quam Logicæ certis sibi præceptis methodicè exprimendam, & excolendam proprie vendicat.*

4. Externum ejus Subjectum, est omnis res ratione à Logico tractanda.

*Dicitur aliàs Subjectum artificis, sive artis utentis. Quia se extendit ad res istas, quas artifex secundum artis suæ modum tractat, ad easque artem conformatam accommodat.*

[Ramei nominant Ens rationis, sive omne illud, quicquid

quid animo intelligitur ac concipitur, de quo ratio hominū differere potest. siue sit τὸ ὄν ἢ Ens, aliquid verā existens: siue τὸ μὴ ὄν, Non ens, non existens. Qualia non entia sunt horti Hesperidum, campi Elysi, Cerberus, & Galia. In quibus tamen Logicus non per se, sed ex accidenti versatur: vel, 1. eadem refutando: vel, 2. ex hypothesi eadem ut entia tractando, & adhibitā analysi explicando. Aristotelici distinguunt inter subjectum operationis, quod dicunt esse Ens: & subjectum cognitionis, quod volunt esse Notiones secundas.

4. In eodē autem Logica occupatur, non tractando res ipsas, siue Notiones primas; sed iidem applicando Notiones secundas.

5. Notiones primæ sunt ipsi rerum conceptus & nomina statim res ipsas significaria: ut homo, animal, planta (entia nature, entia realia.) A Scholasticis dicuntur Nomina πρῶτης θέσεως; primæ impositionis: primæ intentionis. Quia, Boëthio teste, homines primò intenderunt rebus nomina imponere, post etiam notionibus sermo terminis disciplinarum explicare.

6. Notiones secundæ sunt conceptus primis conceptibus impositi; siue nomina nominibus rerum arte imposita, ut Genus, species, causa, effectum, syllogismus, enunciatio, &c. (entia rationis.) Dicuntur a Scholasticis Nomina δευτέρας θέσεως, secundæ impositionis: secundæ intentionis.

7. Rerum verò omnium classes & genera continet series Prædicamentorum.

8. Series Prædicamentalis est omnium rerū per

per distinctos ordines certo gradu facta dispositio.

9. Gradus Prædicamenti est distinctio, quâ inferius à superiori dignoscitur.

10. Eiusmodi gradus sunt Prædicabilia.

[Cum Logicus versetur circa omnes res, non quidem quatenus sunt, (hoc enim est Metaphysici) sed quatenus notionibus secundis subsunt, ut sc. eas definit, dividat, cõponat, ordinet, &c. Et verò impossibile sit, tyronibus præsertim Logica, res istas omnes cognitâs habere, series prædicamentorû ab antiquissimis Philosophis tradita est, Synopticâ quasi tabella, classes generum & specierum distinctas w̄c ἐν τῷ πρῶτῳ proponēs: cuius beneficio res inter se commixtas aliquâ saltē ex parte præcognoscere, & alteram ab alterâ separatam facilius definire & dividere possimus. Quæ de re non immeritò à veteribus πρῶτον τῆς Φιλοσοφίας, rerum cognoscendarum prima capita: Ἐπιπέδιον πρῶτον ἀπὸ τῆς Φιλοσοφίας στοιχειοδέτατον, liber universæ Philosophiæ elementarius; & λόγοι καθ' ὅλας πρῶτον, voces universales Prædicamenta appellantur. Vt verò melius Prædicamenta intelligantur, præmissa iisdem sunt, non ab Aristotele sed à Porphyrio, Prædicabilia, quæ Gradus Prædicamentorum appellantur, quia, ut Melächthon loquitur, discernunt gradus vocabulorum in serie cuiusque Prædicamenti, & veluti tituli sunt ac indices communium, & angustarum vocum. Cum enim Prædicamenta sint ordines rerum, in omni verò ordine sit distinctio primi, medi, & ultimi, necesse sunt tradî organa quæpiam Logica, per quæ ista in prædicamenti distinctio à mente nostrâ concipi possit. Eiusmodi verò organa sunt Prædicabilia: horum namque adminiculo rectius concipitur & intelligitur, quid in ordine Prædicamenti sit superius, quid inferius, quid primum, medium, ultimum. Genus enim est specie superius, Species est genere inferius. Individuum est ultimum, cuius respectu species est medium,



dium, Genus est primum. Atqui hic Prædicabilium scopus est præcipuus. Alter verò eorundem scopus est, ut ex iisdem termini propositionum quarumvis judicentur: & videatur, qua quibus rectè in prædicando jungi possint. Ut quia necessario coherent Genus & Species, Differentia & Proprium: Propositiones etiam ex iisdem facta erunt necessaria: Accidens verò de subjecto non necessario, sed contingenti prædicatur, qua verba sunt Melanchthon. Dialect. libr. 1. Hunc ergo in finem non abs re, tum Prædicabilia, tum etiam Prædicamenta, tanquam necessaria & utilissima Logica Præcognita, Elementa,  $\omega\epsilon\pi\alpha\iota\delta\iota\alpha\nu\ \eta\gamma\acute{\iota}\ \omega\epsilon\theta\epsilon\omicron\iota\alpha\nu$  præmittimus.]

## DE PRÆDICABILIBUS.

Prædicabilia sunt tituli vocabulorum communium, qui ostendunt, quæ vocabula, quomodo aliis attribuantur.

[Dicuntur  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\nu\alpha$  à  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\theta\acute{\epsilon}\omega$ , quod usitate significat accuso: sumpto vocabulo à foro, in quo rotunde accusationes disertè exprimentes facti speciem (ut Verres est fur) dicebantur  $\acute{\alpha}\gamma\omicron\theta\alpha\iota$  sive  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\theta\acute{\iota}\alpha$ , commemorata sive prædicata de aliquo. Quo respectu, ad Logicam voce translata, Prædicabilia dicuntur  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\nu\alpha$ , prædicata, quia de aliquo prædicantur, ut cum dico; Isatis est herba ad lanas tingendas necessaria, ut recipiant colores, cujus folia, figuram plantaginis referunt. Omnia hæc de Isate sunt  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\nu\alpha$  prædicata, commemorata. Observa tamen, hanc notationem esse nomine sive re notata angustiore, quia præcipuo prædicabilium fini non competit. Dicuntur verò etiam aliàs Universalia, quia sunt gradus vocabulorum communium.]

Sunt autem hæc: Genus; Species;

In-

## Individuum; Differentia: Proprium & Accidens.

[Vulgò constituunt ex sententiâ Philippi & aliorum tantum quinque predicabilia, excluso Individuo, quod predicabilia non faciunt, eò quòd Individua de alio predicari non possint. Cum Vocabulum angustius non ponatur loco predicati: Sed angustiora predicentur & declarentur per communiora. Ideoque Individuum faciunt fundamentum seu initium predicabilium, de quo cetera predicentur. Alii addito Individuo sex constituunt predicabilia, & predicationes inde factas nominant Identicas. Nos perinde esse statuimus: Sed tamen quia speciei definitio absque individui notitiâ intelligi non potest. Ideò Individui doctrinam speciei subijcimus.]

### I. GENUS

Est nomen commune multis speciebus: & prædicatur de eis in quaestione: Quid sit? ut cum queritur: Quid sit equus? respondetur: est animal.

Hic equus est species, animal est genus. Sic Libanotis (rosmarinum) est frutex. Iustitia est virtus.

Aliàs definitur Genus universale, cui species subijcitur.

Genus est vel Summum; vel Inter- *Generale proprium*  
medium.

Summum est, cujus nullum genus est: seu, supra quod non est genus aliud. Dicitur etiam *ἡ ἀνωτάτη καὶ ἡ ἐπιγενεσιμώτατη*, genus generalissimum.

[Summa rerum genera sunt decem Categoriae siue Prædicamen-

*camenta. Quae sunt supra ista, ut, Ens, Unum, Verū, Bonum, vocantur Transcendentia.]*

Intermedium est, quod modo Genus est, modo Species: Genus quidem respectu inferioris: Species verò respectu superioris.

*Dicitur & ὑποκείμενον subalternum, ut: Animal est genus, respectu hominis. Idem animal est species, respectu corporis animati.*

[Attendenda hęc est discrepantia inter Philippum & Ramum. Corpus enim animatum & animal Philippo sunt genera & species subalterna: Homo species specialissima: Plato individuum. Distinguit ergo inter speciem specialissimam & Individuum. At Ramus, quam Philippus facit speciem specialissimam, refert inter genera & species subalternas: & ipsum individuum speciem specialissimam esse dicit. Quae enim ratio, ut animal sit genus & species subalterna, eandem etiam esse ait, ut homo sit genus & species subalterna. Genus respectu Platonis: Species respectu animalis. Id quod patebit sequenti schemate

PHILIP.		RAM.
{ Genus generaliss. Genus & species subalterna Species specialiss. Individuum.	{ Substantia. Corpus animatum. Animal. Homo. Plato	{ Genus generaliss. Genus & species subalterna Species specialiss.

Generis sunt hi

CANONES.

I. Genus cum suā specie semper est ejusdem prædicamenti. Aër igitur non est genus soni.

ni. Harmonia prout numerus, non est genus anime. Nec temperantia rectè definitur Symphonia; nec ira cor fortitudinis, &c. Metaphoræ enim nunquam ponendæ loco generis.

II. Genus necessariò latius est omnibus suis speciebus, nec cum iis reciprocatur, ut animal est genus hominis, equi, asini. & quidè latius nec cum eis reciprocatur. Non enim quicquid est animal, est homo, equus, &c. Itaq; Quicquid reciprocatur cum suo definito, non est genus.

III. Quicquid generi inest, inest etiam speciei: & quicquid repugnat generi, repugnat etiam speciei, ut sentiens inest animali, ergo & homini, equo, &c.

## II. SPECIES

Est nomen commune proximum Individuis, de quibus prædicatur in quaestione Quid sit: ut cū queritur: Quid est Plato? respondetur, est Homo.

[Hic Plato est Individuum: homo verò est species:

Aliàs definitur Species universale, quod generi subicitur.

Species est vel subalterna; vel specialissima. Subalterna est, quæ aliquando genus esse potest.

[Puta, respectu inferioris: respectu superioris semper est & manet species.]

Specialissima est, quæ non est dividua in alias species: vel quæ nullam a-

liam speciem sub se complectitur, ab ea enim descenditur ad ipsa individua seu bases ordinum predicamentaliū, ut: homo, animal, corpus animatum.

*Hic homo est species specialissima: Animal est species subalterna: quia quidem species est respectu corporis animati. Genus verò est respectu hominis.*

*Eius sunt hi*

CANONES.

I. Species suo genere posterior est natura, & cognitione, (distincta.)

II. Quicquid habet genus, habet & species.

*Notas hęc*

*Quaedam tamen insunt generi, sc. particulariter & disjunctive, quæ non insunt speciei.*

III. Infima species non potest dividi per differentias oppositas, *Quia nullo respectu est genus, cuius illa divisio est propria.*

### III. INDIVIDUUM

Est, quod de uno, solo particulari dicitur. *Seu, ut Philippus definit: Individuum vel Singulare est nomen proprium, aut una res, significata nomine proprio, sub certâ specie, seu ostensâ particulâ demonstrante: ut, Camillus, hic homo.*

Indicatur Individuum, vel appellatione simplici, vel conjuncta.

Sim.

Simplex, aut est nomen proprium, ut *Augustus*: vel appellativum, κατ' ἐξοχὴν Synecdochicam, ut, *Apostolus pro Paulo*.

Coniuncta Individui appellatio, vel est δεικτικὴ demonstrativa, ut: *hic homo, hic asinus*. Dicitur aliàs, Individuum signatum: vel περιγραφικὴ circumscriptiva.

Et hæc vel communis est, ut *quidam homo*, (Dicitur aliàs, Individuum vagum) vel propria, ut *Troiani belli scriptor, pro Homero*.

*Eius sunt hi*

CANONES.

I. Individuum primariò non consideratur in disciplinis.

[Singularia enim non sunt curæ arti: non cadunt sub artem: quia caduca & mutabilia. Ars verò tractat universalia, constantia, uno eodemq; modo se habentia. Secundariò verò per consequentiam quandam in arte tractari possunt.]

II. Individui est existentia.

[Omne enim, juxta regulam Boëthii, quod est (existit) eo ipso quod est (existit) singulare est: hoc est, quacunque res in natura verè & positivè est quiddam extra intellectiōnem, est singularis per se. Res autem extra intellectiōnem sunt, hic homo, hic servus, hic equus. Melancht. lib. 1. Dial.]

III. Individuum est incommunicabile.

[Intellige attributivè. Nam ut causa potest unum singulare communicare alii vitam, mores, disciplinam & alia.]

IV. DIFFERENTIA

Est, quæ cum genere constituit

certam speciem, & de specie prædicatur in quæstione Quale sit, ut, *rationale cum animali constituit certam speciem, videlicet hominem, & ostendit qualis sit species.*  
 Το λογικόν ergò seu *rationale est differentia hominis: anima sentiens, animalis.*

Estque duplex: vel generalis, quæ multis speciebus convenit: Dicitur Græcè *γενεακή*, ut, *sentiens.*

[ Το αἰσθητικόν *seniendi facultas, est differentia, per quam homo distinguitur à plantis, sed non adæquatè & proxima, quia etiam competit brutis.* ]

Ab aliis dicitur *Differentia remota:*

Vel specifica seu ultima, quæ uni tantùm speciei convenit:

Ut, το λογικόν *Rationale, quod uni, & soli homini competit.*

Ab aliis dicitur, *Differentia propinqua.*

*Ejus sunt hi*

CANONES.

I. Differentia genus distinguit (unde dicitur *διαγενική*) & speciem constituit (unde dicitur *ουσακή*), ut, *rationale & hominem ab aliis animalibus distinguit, & simul hominis essentiam constituit.*

II. Differentia toti speciei semper inlit.

III. Differentia non pateat extra genus.

Itaq, *vivere non est differentia hominis vel animalis, cum & planta vivant.*

IV. Differentia non trajiciatur de genere in genus. *Brutum & obtusum sunt differentia figurarum Geometricarum.* Ἀλόγως igitur transferuntur ad sapes vel sonos.

## V. PROPRIUM

Est inclinatio, aut quiddam adjacens, quod uni, soli speciei, semper, & omnibus individuis ejus inest.

*Sic incedere erecto corpore, loqui, numerare, ridere, est proprium hominis: Latrare canum, mugire boum, &c.*

[Sed de potentia hoc intelligatur, non de actu. Nam infantes non incedunt erecti, non numerant, non loquuntur, Actusc. potentiam tamen istam habent, ut possint aliquando incedere, loqui, numerare, &c.]

*Modi Proprii sunt quatuor:*

I. Proprium est, quod uni speciei tantum convenit, sed non omnibus individuis. *Ut, fieri heroicum bellatorem competit soli homini, sed non omnibus individuis contingit.*

II. Quod omnibus individuis convenit, sed non soli speciei: ut esse bipedem, omnibus hominibus convenit, sed non soli.

III. Quod soli speciei & omnibus individuis convenit, sed non semper: ut, canescere competit soli homini, at non semper omnibus individuis.

IV. Quod uni soli speciei & omnibus ejus  
indi-



individuis & semper convenit: ut, ridere omnī  
& soli homini, & semper competit. Arqui hoc  
specialiter & rectè proprium dicitur.

[Hic observa duo, I. Inter Differentiam & Proprium, hoc interest. Differentia significat partem constituentem: ut rationale significat mentem, qua est pars hominis. Proprium autem significat quiddam sequens rem constitutam: ut loqui, numerare posse, non constituent hominem, sed sequuntur ejus constitutionem. II. Nonnunquam propria pro differentiis usurpantur, cum scilicet differentia specifica nos latent: ut cum dico, Magnes est lapis trahens ferrum. Trahere enim ferrum non constituit magnetē, sed inclinatio propria est magnetis. Canones Proprii videbimus infra in adjuncto.]

## VI. ACCIDENS

Est, quod non per se subsistit, nec est  
pars substantiæ, sed in alio est mutabi-  
liter.

Dicitur Gracè ἐπερωόσεται, quia ad subsistendum plane sit ineptum, ideoq; necessariò subjectum inhesionis, in quo subsistat, requirat.

Estq; aliud separabile: quod à subjecto separari potest: ut notitia à mente, frigus ab aqua, latitia, tristitia à corde.

Aliud Inseparabile, quod à subjecto suo re ipsa separari nequit: ut, quantitas à substantia corporea, calor ab igne, humiditas ab aqua.

[Observe, quanquam enumerata accidentia à substantiis non abjiciuntur, insunt tamen eis mutabiliter. Sic quantitas inest corpori mutabiliter, aliàs enim major est, aliàs minor.]

Nomina Accidentium sunt duplicia: Ab-  
stractum & Concretum.

Abstractum est substantivum, quo nuda species seu forma per se considerata significatur: ut *albedo, humanitas, consulatus, magisteriū.*

Concretum est Adjectivū significans subiectum habens formam: ut, *alvum, homo, consul, magister.*

*Accidentis sunt hī*

## CANONES.

I. Accidens non potest producere substantiam.

II. Accidens extra substantiam non existit: Eius enim essentia est inesse: & quicquid est, per suam ipsius essentiam est.

III. Accidens numero unum, non migrat de subiecto in subiectum.

IV. Accidens natura posterius est suo subiecto.

*Calor in sole, lux in igne, natura posteriores sunt sole & igne, licet tempore sint simul.*

V. Accidentia tribuuntur subiectis in concreto, non in abstracto. *Non enim dico, paries est albedo, sed albus.*

[Atqui hæc de Prædicabilibus, quæ à Rameis non separatim tractantur, sed generatim ad certam Inventionis argumenta referuntur. Genus enim & speciem referunt ad locum distributionis: Differentiam ad Causam formalem: Proprium & Accidens ad locum Adjunctorum.]

Sequitur doctrina Prædicamentorum, quæ tripartita vulgò ab Aristotelicis statuitur:

I. Antepredicamenta. II. Prædicamenta ipsa. III. Postpredicamenta.

Ante-

## ANTEPRÆDICAMENTA.

Sunt quædam prodidascalia ipsorum prædicamentorum explicationi inserviens.

[Dicuntur Antepredicamenta, quod ante Prædicamentorum determinationem tradantur, atque aded eorum sint quasi preludia sive preambula.]

Sunt autem septem: Homonyma, 2. Synonyma: 3. Paronyma 4. & 5. Duæ divisiones, vocabulorum & rerum: 6. Duæ regulæ, ad dirigendos & distinguendos ordines Categoriarum.

1. Homonyma sive æquivoca dicuntur vocabula ambigua, quorum nomē solum commune est, definitio verò diversa: ut, *lupus* alias significat animal terrestre, alias piscem, alias sydus cœleste, alias hominem lupino animo præditum.

[A Scholasticis distinguuntur in æquivoca æquivocantia, quando ipsa vox est ambigua: Et æquivocata, quando res voce significata est ambigua, ut, vox *Cancer* æquivocans est: At animal, morbus, & sydus cœleste, hac voce denotata, æquivocata sunt. Aristoteles distinguit in æquivoca casu, que sunt, cum ratio nulla dari potest, cur rebus natura & definitione diversissimis unum idemq; nomen sit impositum; ut, *Gallus* vocatur & animal domesticum, & incolæ *Francia Occidentalis*: *Jus* accipitur pro *justitia* & *offa*: Et æquivoca consilio, que sunt, cum nomē commune rebus diversis certa quadam ratione propter similitudinem inditum est. ut: *homo* æquivocè significat hominem vivum & hominem pictum.]

Homonymorum hic est Canon.

Homonyma non habent locum in prædicamentis.

eamentis, definitionibus & disciplinis nisi distinguantur, hoc est, nisi certa aliqua eorū significatio constituator. Quando n. hoc non fit, Erroris generatrix est æquivocatio semper.

II. *Synonyma* sive *Univoca* sunt, quorum & nomen commune est, & definitio naturam rei declarans eadem. ut, *animal rationale predicatur de omnibus hominibus, tanquam de subiectis speciebus univocè: Similiter hominis vox de omnibus subiectis individuus, Platone, Socrate, Petro, Paulo.*

[Dividuntur à Scholast. in univoca univocantia, cum dicitio univocè plura significat, ut *animal univocè dicitur de homine, asino, equo, &c.* Et Univoca univocata, quando plura per unum vocabulum mediante uno conceptu essentiali, significantur. In Grammatica vocantur illa *Synonyma*, que sunt ἰσοδυναμία & æquipollentia, hoc est, idem significantia, ut *ensis, gladius: & dicuntur aliàs πολωνύμια, unam rem pluribus vocabulis notantia, quibus opponuntur ἑτερονύμια diversis vocabulis diversas res significantia, vide Gram. Giesl. l. I. c. 14.]*

III. *Paronyma* dicuntur, quæcūq; ab alio appellationem sive denominationem habent. Unde & *Denominativa* appellantur: ut à fortitudine fortis, à Grammatica Grammaticus, à iustitia iustus, &c.

### Paronymorum hi sunt

#### CANONES.

I. Quæcūq; prædicantur πᾶρωνύμως, collocantur in diversis prædicamentis.

II.

II. Omnis prædicatio accidentis de sub-  
jecto est paronyma.

III. Paronyma interdum fiunt Synony-  
ma & homonyma: ut, *Lentor* & *Lentus* sunt  
paronyma. *Lentus* de homine, & *lentus* de pice  
sunt homonyma. *Lentus* de salice & *junco* sunt  
Synonyma.

IV. Divisio I. Eorum quæ dicuntur, Quæ-  
dam sunt simplicia vulgò incompleta: Quæ-  
dam composita, vulgò cõplexa seu cõjuncta,

[*Aristotel.* vocat λεγόμενα κατὰ συμπλοκὴν  
καὶ ἀνευ συμπλοκῆς. Sunt autem voces seu termi-  
ni simplices & incompleti, qui ex pluribus dictionibus signi-  
ficativis non componuntur: ut homo, equus. Conjuncti con-  
trà, qui ex pluribus componuntur, ut homo pulcher, equus  
robustus. Et hi termini complexi seu conjuncti in nullo prædi-  
camento ponuntur.]

V. Divisio II. Omnis res aut est substan-  
tia, aut Accidens.

[*Generalissima hæc & prima divisio entis est, de qua tri-  
sum illud.*

Summus Aristoteles trutinando cacumina rerum,  
In duo divisit, quicquid in orbe fuit.

Huc refertur & divisio Eorum quæ sunt. 1. Quædam  
de subjecto aliquo dicuntur, in nullo autem subjecto  
insunt. ut, homo dicitur de Petro ut subjectum, sed in sub-  
jecto nullo inest ut accidens, ut color in corpore, aut scientia in  
animo. 2. Quædam subjecto insunt, & tamen de  
subjecto nullo dicuntur, ut, *Dialectica*, *Rhetorica*, &c.  
inest quidem animo, sed tamen de animo nõ dicitur. 3. Quæ-  
dam & de subjecto dicuntur, & subjecto insunt: ut:  
scientia inest animo. 4. Quædam nec in subjecto sunt, nec  
de subjecto dicuntur, ut hic homo, Petrus, Paulus. Esse  
autem in subjecto hic nihil aliud est, quàm ita inesse alicui rei,

ut licet ejus pars non sit, sine eo tamen in quo inest, esse non possit: ut scientia inest animo, nec tamen est pars animi, nec scientia sine animo existere potest.]

VI. Regula. I. Quicquid dicitur de prædicato subjecti, idem etiam de subjecto ipso recte dicitur, ut: *Homo est animal.*

Hic animal prædicatur de homine. Ergo etiam quicquid de animali (prædicato) dicitur, ut quod sit corpus animatum, sentiens, de homine (subjecto) dicitur.

[*Observa: Regulam hanc veram esse tantum, 1. in prædicationibus essentialibus. 2. in iis qua sunt ejusdem prædicamenti. Non verò in prædicationibus accidentalibus. Quasi est hac: Petrus est doctus. Hector est fortis.*]

VII. Regula II. Quæ genere differunt & differentia, specie diversa sunt, ut homo differt genere & differentia à scientia.

Scientia enim non est animal rationale. Ergo homo, scientia, & virtus, specie diversa sunt.

Hæc de Antepredicamentis: sequuntur

## PRÆDICAMENTA.

Prædicamenta sunt ordo generum & specierum sub uno genere generalissimo, quod aut substantiam aut accidens significat.

[*Prædicamenta sic dicuntur, non quod prædicent, sed quod apta sint prædicari de aliis. Unde Græcè dicuntur κατηγορηματικά, id est, attributiones, sive prædicationes, in quibus, ut Philippus loquitur, cernitur, qua vocabula quibus attribuenda sint. Usus prædicamentorum hic est. 1. discernunt substantiam ab accidentibus. 2. absoluta à re-  
latis. 3. docent è quibus domiciliis genera definitionum quaerenda sint, Philipp. l. i.*]

Prædicamēta sunt decem: 1. Unum  
Substantiæ, Novem Accidentis. 2.  
Quantitatis. 3. Qualitatis. 4. Relatio-  
nis. 5. Actionis. 6. Passionis. 7. Quan-  
do. 8. Ubi. 9. Situs. 10. Habitus.

[Singula inclusa sunt his distichis:

Arbor 1. sex 2. servos 4. fervore 3. refrigerat 5. istos 6.  
Ruri 8. cras 7. stabo 9. nec 10. tuniceus ero.

Item:

In campo 8. magno 2. pugnabat 5. fortiter 3. olim 7.  
Filius 4. Arnolphi 1. stas 9. & calefactus 6. in armis 10.

### I. SUBSTANTIA ἡ οὐσία.

Prædicamentum Substantiæ est di-  
spositio substantiæ per genera & spe-  
cies.

Substantia est Ens, quod habet pro-  
prium esse, & sustinet accidentia.

[Dicitur Substantia à subsistendo, quia per se subsistit, nec  
alio indiget. Græcè dicitur οὐσία, ἡ οὐσία, ἢ οὐσία  
ἢ οὐσία. Accipitur aliquando latè, quatenus etiam acciden-  
tibus competit. Strictè verò quatenus accidenti opponitur,  
ut hoc loco. Primus autem locus ei tribuitur, quia. 1. acci-  
dentia sustinet. 2. Omnia accidentia propter substantiam  
sunt, ad eas videlicet ornandas & perficiendas.]

Substantiæ aliæ sunt primæ, aliæ secundæ.

Primæ sunt, quæ de subjecto nullo dicun-  
tur, & aliud nil sunt, quàm individua, ut, Pe-  
trus, Paulus.

Secundæ sunt genera & species, quæ de  
subjecto dicuntur, ut homo.

[Dicuntur autem primæ, quia secundarum sunt princi-  
pia.]

pla: & primò sensibus nostris sunt obvia, inq; oculos nostros circumcurrunt. Arborem substantiarum vide apud Philipp. & alios.]

Substantia sunt hi CANONES.

I. Substantiæ non sunt in subjecto, ut accidentia.

[Ratio: quia subsistunt per se, & sunt ipsa subjecta, & subsistent accidentia.]

II. Substantia non recipit magis nec minus: ut Hercules non est magis homo quam Paris, etsi possit esse major ratione accidentium.

[Intellige quæ substantia: Nonnunquam enim gradibus variatur, ut, hic homo doctior illo, sed tantum ratione accidentium.]

III. Substantiæ inter se non sunt contrariæ.

Ratio quia. 1. contraria sunt in subjecto: Substantia non item: 2. quia contrarietas propriè est Qualitatum pugnantium.

IV. Substantiæ nihil est contrarium.

[Intellige absolute, simpliciter, & non ab eorum consideratione. Nam quatenus ex accidentibus consideratur, per se propter illa contrarietatem recipere potest. Sic ignis dicitur contrarius aquæ: Agno lupus.]

V. Substantia eadem numero permanens est capax contrariorum.

[Diverso puta tempore. Sic homo scientiam & ignorantiam eiusdem: Aqua calorem & frigus recipere potest.]

VI. Inter substantiam & accidens non datur medium: Species enim misceri non possunt.

VII. Destructis substantiis primis, nihil reliquum est, id est, nec accidentia reliqua sunt, quia sunt tantum in individuis.



## II. QUANTITAS ποσν.

Prædicamentum Quantitatis, est dispositio Quantitatis per sua genera & species.

Quantitas est, quâ res dicuntur quantæ: seu, est magnitudo rei vel numerus.

Estq; vel Continua, vel Discreta.

Continua est, cujus partes cumulantur ad terminum aliquem communem. Discreta, contra.

[Philip. dicit continuam esse magnitudinem corporum, videlicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Discretam vero Numerum & Orationem. Definitiones harum specierum vide apud eundem.]

Quantitatis sequentes sunt.

## CANONES.

I. Quantitatum per se nulla est efficacia sive effectio. Omnis enim vis sive effectio tribuitur formis, substantiis, & qualitatibus.

Non ergo Evangelium Iohannis, & alia figura collo suspensa, mederi possunt certis morbis.

II. Quantitati nihil est contrarium.

Contrarietas enim est Qualitatum.

III. Quantitas non recipit magis & minus, sed majus & minus. Sicut triangulum non est altero magis vel minus triangulum, licet sit majus.

[Differentia est inter magis & minus, & inter majus & minus. Hac enim dicuntur de quantitate. Illa vero de qualitatibus intensione sive remissione intelliguntur. Sic piscium alii

alii habent minores & pauciores branchias, alii majores & plures, sed non differunt branchia secundum magis & minus. Omnes enim suo quoque loco usum suum præstant, sive majores, sive minores.]

IV. Quantitati propriè competit dici æqualem vel inæqualem, parem vel imparem.

[Qualitates nonnunquam etiam æquales vel inæquales dicuntur, ut calor dicitur nonnunquam major vel minor. Verum non absolutè & per se, sed respectu quantitatis, propter se. æqualem partium calidarum vel inæqualem cohesionem, non quâ calor est vel qualitas. Itaque, ἰσότης propriè est Quantitatis, ὁμοίότης Qualitatis.]

III. QUALITAS ποῖόν.

Prædicamentum Qualitatis, est dispositio Qualitatis per sua genera & species.

Qualitas est secundum quam res dicuntur Quales.

Philippo Qualitas est forma (accidentalis) per quam substantia est efficax, seu qua movet sensus.

Species Qualitatis sunt quatuor. 1. Habitus. 2. Potentia naturalis. 3. Affectus 4. Figura.

Habitus est qualitas crebris actionibus in homine comparata, qua idoneus redditur ad operationes illas, quas per solam naturam præstare nequit.

[Accipitur variè. 1. pro omni eo quod habetur, ita & privatio est habitus. 2. opponitur privationi. 3. pro vestitu. 4. pro aptitudine, sive ut Barbari loquuntur, idoneitate ad rem aliquam administrandam. 5. strictè pro certa qualitatis specie, qua acceptio hujus loci propria.]

Estque vel inchoatus, vel perfectus.

Inchoatus est, qui ad perfectum disponit.  
Unde & Dispositio Græcè *ἄρσις*, voce strictius hoc loco accepta, dicitur.

Perfectus, qui complementum suum adeptus est.

[Conveniunt Dispositio & habitus perfectus in hoc. 1. quod uterq; est rationalium tantum, certis tamen gradibus 2. ad utrumq; naturalis quæpiam inclinatio ex temperamenti & indolis bonitate proveniens requiritur. 3. Fidelis informatio. 4. Laboris sedulitas. Ardens divini auxilii imploratio. Differunt in hoc, quod dispositio 1. facile amittitur, nec 2. usq; adeo faciles in operando nos reddit. Perfectus vero habitus. 1. difficulter amittitur. 2. faciles & constantes in operando reddit.]

Vicissim pro ratione Subjecti. Habitus alius est corporis, alius animæ.

Habitus corporis est, qui à corpore comparatur, in eodemq; residet. Sic *Palearica, Saltatoria, jaculatoria, velocitas, robur, lucta, aliaq; corporis exercitia habitus sunt corporis.*

[Comparatur autem à corpore, vel corporis aliqua parte, ut actum aliquem promptius expeditiusq; per agendum disponat. Et Habitus nunquam otiosus est, sed naturâ suâ subjecto similes, & operationes tales, quales fuere ista, ex quibus genitus est, producit. Sunt autem habitus hi corporis, non ratione cognitionis, hujus enim respectu ars saltandi, jaculandi, scribendi, &c. sunt in animo, sed ratione agilitatis, velocitatis, naturalis dispositionis & exercitiorum.]

Habitus animi est, qui ab animo comparatur, in eodemq; residet.

Estq; pro diversitate potentiarum duplex: alius est habitus intellectus: ut *Intellectus, scientia, sapientia, Prudentia, Ars, fides.*

Alius

Alius voluntatis : Isq; vel bonus est , ut  
virtus ; vel malus ; ut vitia.

[ Multa Philippus hic tradit de Notitiis earumq; distri-  
butione : Quod alia sit certa , alia incerta : alia su objecti  
simplicis , ut recordatio Caroli Imp. alia notitia proposi-  
tionum , quibus assentimur vel non assentimur , cuius spe-  
cies facit notitiam principiorum , scientiam , artem , pruden-  
tiam , fidem , &c. Quas simul una cum aliis quibusdam vir-  
tutibus definit. Verum Habitus isti intellectivi & volunta-  
rii proprie concernunt Ethicam. Hic tantum summa eorun-  
dem genera & distributiones breviter annotasse , pleniore de-  
claratione in propriam eorundem sedem relegatâ , nobis suffi-  
ciat. Alii hic etiam distinguunt inter habitum infusum ,  
qui singulari gratia à Deo homini confertur : & acqui-  
situm , qui ex sepius iteratis aut certe paucis bene validis actio-  
nibus comparatur. Sed quis hic enucleatè potest tradere  
omnia? ]

II. Qualitatis species est δυνάμις φυσική,  
Naturalis potentia : καὶ ἀδυναμία & impo-  
tentia :

Potentia naturalis , est qualitas propensio-  
nis naturæ ad aliquid : Sen , ut Philippus definit :  
Potentiæ naturales nihil aliud sunt , quàm vi-  
res non accersitæ , aut arte in substantias trās-  
fusæ , sed in eis natæ , ut sint causæ certarum a-  
ctionum , ut potentia sentiendi , videndi : potentia  
motiva in nervis : in magnete trahendi ferrum .

[ Potentia dividitur ab aliis in primam , quæ statim ebul-  
lit è forma Subjecti : & secundam , quæ ex certa organi ac  
temperamenti constitutione dependet. Potentia prima est in-  
variabilis , nec quamdiu subjectum permanserit , unquam  
deponetur : ut potentia sentiendi , videndi. Potentia secunda  
est variabilis : Acutius enim videt oculus juvenilis quàm  
senilis. In genere hic observa , Potentia vel aptitudinis actum

non esse in quolibet individuo necessarium. Non enim quod aptum videri natum est, semper actu videtur.]

Naturalis impotentia est qualitas ad patiensdum aliquid affecta, ut, cum homines sunt agri & impotentes ad resistendum noxiis & adversis. Hæc de Potentia.

III. Qualitatis species est πάθος, καὶ παθητικὴ ποιότης, Affectus, passio, seu passibilis qualitas.

Estque qualitas hæc patibilis vel Afficiens: quæ in facultate percipiente passionem efficit: ut lux, color, sapor, sonus, calidum, frigidum.

Huc pertinent objecta sensuum.

Vel Affecta, quæ ex effectioibus afficientis existit, ut ira, dolor, letitia, spes, metus, tristitia.

[Huc pertinent Affectus. Dicta sunt hæc Qualitates passibiles, siue rectius patibiles, non ratione subjecti, quod subiectum ab eis aliquid patitur, sed quia in sensibus apta nature sunt passionem aliquam efficere. Quæ porro sit ratio Qualitatum primarum & secundarum, pete ex Physicis. Quæ Affectuum, discite partim ex Physicis, partim ex Ethicis.]

IV. Qualitatis species est Forma seu figura, μορφή καὶ σχῆμα.

Figura est qualitas, ex certâ partium conformatione live configuratione extrinseca existens.

Melanchth. propriè est modus aut positus quantum: ut, circulus, triangulum, quadrangulum.

[Duo hic nota: Pro diversa consideratione 1. Eandem qualitatem dici & figuram & formam (externam, accidentalem) Forma dicitur propter colorum ac lucis contemperationem, quæ facit ut sub aspectum cadat. Figura verò propter lineamentum, configurationem, situmque partium. II. Figu-

ram referri, 1. ad *Prædicamentum Quantitatis*, quatenus circulus est superficies plana, rotunda, triangulum, quadrangulum, &c. 2. Ad *Qualitatis*, quatenus corporis superficiem determinat. 3. Ad *Relationis*, respectu configurationis. Est autem *Figura alia Nativa*, qua naturaliter corpori inest, ut, figura arboris, lapidis, ligni, alia *Mechanica*, qua corpori ab artifice imprimitur, ut forma mensæ, vestis, ab artifice ligno & panno indita.] *Qualitatis seqq. sunt CANONES.*

I. *Qualitas ex omnibus accidentibus maximè incurrit in sensum.*

Qualitates maximè sunt conspicuæ. Si enim substantia frigore, calore, colore, humiditate, sono, &c. vestita non essent, omni penè scientiâ destitueremur, 1. post. c. 15.

II. *Contrarietas propria est Qualitatum.*

Ut caliditas est contraria frigiditati, virtus vitio, scientia ignorantia.

[Intellige I. de contrarietate  $\kappa\omega\epsilon\lambda\omega\tau\acute{\alpha}\tau\eta$ , maximè proprie sic dicta. Nam quatenus generalem oppositionem designat, Substantiis quoq; tribuitur. 2. De qualitatibus que sunt sub eodem genere. Caliditas enim non pugnat cum colore, aut luce; sed cum sola frigiditate.]

III. *Qualitates recipiunt gradus; seu: magis & minus; intensionem & remissionem.*

Ut calor in eodem corpore aliàs major est, aliàs minor: in eodem homine amor aliàs ardentior, aliàs remissior. Fides in alio est major, in alio minor.

[Intellige, concretivè, non abstractivè, hoc est, ratione  $\acute{\upsilon}\nu\alpha\gamma\epsilon\gamma\omega\varsigma$  seu singularis inhasionis, in hoc vel illo subjecto, hoc vel illo modo disposito. Major enim est calor in ferro ignito, minor in stipula. Non verò ratione essentia sive definitionis, qua qualitates formaliter considerantur citra respectum subjecti. Ita enim calor in meo corpore, non est minus calor, quam calor qui est in tuo corpore: & fides imbecillis non est minus fides, quam fides magna.]

IV. Qualitatum (maximè) propria est similitudo & dissimilitudo. Itaq; Ex Qualitatibus res propriissimè dicuntur limiles & dissimiles.

[Qualitas enim propriiss. subjectum est similem & dissimilem. Sicut Quantitas parium & imparium, equalium & inaequalium. De quibus plura infra in comparatis.]

IV. RELATIO,  $\omega\epsilon\sigma\varsigma\ \pi$ .

Prædicamentum Relationis est dispositio Relationis per sua genera & species.

Relatio est mutuus rerum inter se respectus.

Relata verò sunt, quæ ad se mutuò referuntur. Vnde dicuntur  $\tau\omega\ \omega\epsilon\sigma\varsigma\ \pi$ .

[Philippus distinguit initio inter nomina Absoluta & Relata. Absoluta res certas significant, quæ sine collatione cogitari & percipi possunt. Talia sunt nomina significantia substantias, quantitates, aut qualitates. Relata, quæ sine collatione sive applicatione alterius percipi non possunt. Ideò dicit: Relationes aut applicationes esse rerum, aut ordinationes, aut collationes: ut paternitas est ordo ejus qui genuit, ad genitum.]

Verfatur autem omnis Relatio inter duo: Fundamentum nimirum & Terminum.

Fundamentum est res, à qua relatio oritur.

Terminus est res ad quam ordinata est Relatio.

Relatio inter hæc est ipsa applicatio seu ordo fundamenti ad terminum.

Vt Persona que genuit (pater) est fundamentum, per-  
sona

sona genita (filius) est Terminus. Inter has duas personas gignentem & genitam Ordo, dicitur paternitas, & est Relatio. Sic duo absoluta sunt Lapis (fundamentum) & ager (terminus) inter hæc duo media est limitatio seu applicatio lapidis ad suum officium, quod est distinguere agrorum fines, quæ est Relatio. Alia exempla Philipp. habet l. 1. Dialect. ubi vide.

[Observa. I. Fundamentum aliis esse Relatum: aliis dici materiale relationum. Terminum esse correlatum: ordinem vero ad terminum dici formale. II. Relationem dici vel Realem, quæ a natura in rebus ipsis oritur, ut: Ordo inter patrem & filium est relatio, etiam si nullius cogitatio accedit: Dicitur & Naturalis. Vel Rationis, quæ a solius rationis aut voluntatis arbitrio oritur. Sic relatio in limite tantum insinuitur hominum decreto: Dicitur & Positiva. III. Relativa alia appellari secundum Esse, quæ nil absolute naturæ habent, ut paternitas, filiatio (hæc proprie sunt Relata.) Alia secundum Dici, quæ absolutam naturam habent, cui respectus ad aliud coherent: seu, quæ propter respectum vel similitudinem aliquam Relata dicuntur, ut amor est rei amatae amor: quamvis enim amor sit Qualitas absoluta, nihilominus Relatum est ob respectum, qui ei ad aliud, rem scilicet amatae, coheret.] Relationis seqq. sunt CANONES.

I. Relata sunt simul natura.

Natura scilicet relationis & cognitionis. Itaque, Existente uno alterum etiam existere necesse est, &c: Posito Relato necesse est poni correlatum.

II. Relata sunt ἀντιστρέφοντα: Dicuntur reciproce & mutabiliter: Dominus est servi Dominus: Pater est filii pater: & vicissim contrà.

III. Relata sunt æqualis notitiæ: & Relatum cognoscitur per Correlatum. Ita Christus, qui, inquit, novit me, novit etiam patrem meum.

[Competit hæc proprietas tantum Relatis secundum esse, nota]



*non verò secundum dici, quæ improprie Relata sunt.]*

IV. Relatio per se non incurrit in sensus: *ut, si quis lapidem videat in agro, limitem esse ignorabit, nisi moneatur.*

V. Sæpè manent fundamenta extinctis Relationibus: *ut Lapis in agro relinqui potest, etiamsi non amplius fungatur officio limitis.*

V. ACTIO ποιῆν.

Prædicamentum Actionis, est dispositio actionis per sua genera & species.

Actio est applicatio agentis ad patientem, qua fit mutatio aliqua in patiente. *Philipp. l. 1. Dial.*

[Vulgò dividitur Actio in Immanentem, quæ ipsum agentem respicit, non aliud extra subjectum, ut intellectio, deliberatio, ratiocinatio: Et Transeuntem, quæ ad aliud extra agentem objectum refertur; ut, calefactio, verberatio. Alii alias actionum divisiones tradunt, quæ tamen proprie ad scientias alias referuntur.] Actionis sunt seqq. CANONES.

I. Actio omnis suscipitur propter finem.

*Finis autem naturalium agentium est, sibi assimilare patientem. Sic Ignis agit in aquam, ut calefiat. Docens in docentem, ut doctum reddat.*

II. Actio perficit agentem.

[Si sc. cum ultimo ejus fine congruat. Vnumquodq; enim est propter suam operationem.]

III. Actio convenit solis substantiis.

[Proprie. Qualitates dicuntur agere, sed improprie; Quamvis dent substantiis, ut sic agant, ut calor anime.]

IV. Actio habet contrarietatem.

[Non per se, sed per accidens, propter sc. Qualitates, quibus mediantibus agens agit. Sic calefactio & frige factio sunt

*sunt contraria, quia calor & frigus sunt contraria.]*

V. Actio recipit magis & minus.

*[Non per se, sed propter qualitates. Per has enim actio gradus recipit. Sic aliàs magis aliàs minus calefacit corpus aliquod.]*

VI. PASSIO πάσχειν.

Prædicamentum Passionis est dispositio Passionis per sua genera & species.

Passio est actionis receptio.

*[Actio & Passio relatè se habent, ideò & Philippus coniunxit. Quæ itaq; Actionis distributiones, eadem ex naturâ relatorum erunt & Passionis. Quidam distinguunt passionem in perfectivam, quæ patiens perficit, Sic discipulus à præceptoris actione perficitur: Et Destructivam, quæ patiens abolet. Alii aliter.]* Ejus sunt seqq. CANONES.

I. Passio recipit contrarietatem.

II. Passio recipit magis & minus.

*[Ex accidenti: propter Qualitates, quibus mediantibus agit. Sic calefactio passiva in aqua modo minor, modo major. Ager aliquando levius, aliquando gravius decumbit.]*

III. Passio recipitur pro modo sive conditionibus patientis; *Seu: Receptivum (recipiens) nō recipit per modum imprimentis, sed per modum suæ receptivitatis.*

*Sic actiones Spiritus sancti in diversis objectis sunt varia. Sic quercus à vehementi turbine imperi potest, & tamen non moveri. Non enim ita necessario patitur patiens, ut agit agens.*

VII. QUANDO πότε.

Prædicamentum Quando, est dispositio eorum, quæ circumstantiam temporis denotant.

Quan-

## Quando est notatio Temporis.

[Huc ergò pertinent (*non tempus sed*) 1. nomina & adverbia tempus significantia, *hodie, heri, nunc, cras, nuper, aliquando, olim.* 2. partes anni; *ver, æstas, autumnus, hyems.* 3. partes mensium; *Calendæ, Idus, Nonæ.* 4. partes diei; *manè, meridies, vesper.* 5. partes sive vigiliæ noctis quatuor. 6. Decem hominum ætates, *Infantia, pueritia, adolescentia, iuventus, &c.*

## IIX UBI πξ.

Prædicamentum Ubi, est dispositio eorum, quæ circumstantiam loci denotant.

## Ubi est notatio Loci.

Huc ergò pertinent (*non Locus, sed*) omnia illa quæ significant alicubi esse, fuisse, aut futurum esse, ut. 1. *Domus, foris, ruri, infra, supra, extra, intra. Wittebergæ, Giessa, Francofurtum, Academia, Europa, Germania, &c.* horumq; concreta. *Germanus, Europæus, &c.* Esu sunt hi CANONES.

I. Ubi non habet contrarietatem.

II. Ubi non suscipit magis & minus: ut *esse in Templo non est magis ubi, quam esse domus, in museo, in lecto.*

## IX. SITUS κείδαι.

Prædicamentum Situs, est dispositio eorum, quæ corporis & partium eius positum denotant.

Situs est circumstantia positus corporum, ut *stare, accumbere, iacere, supinum esse, pronum esse.*

Huc ergo referenda omnia nomina & verba situm  
ant

propositus tales significantia. *Ejus sunt hi CANONES.*

- I. Situs non recipit contrarietatem.
- II. Situs non suscipit magis ac minus.

X. HABITUS *EXEIV.*

Prædicamentum Habitus, est dispositio eorum, quæ adhærens aliquod externum denotant.

Habitus est notatio vestitus.

Vestium ac aliorum tegumentorum nomina, *tunica, thorax, diadema, galea, calceus, &c.* in abstracto considerata pertinent ad qualitatis speciem quartam. Hic enim loci sunt tantum concreta, *ut esse tunica, dypeatum, diadematum, calceatum, purpuratum, ocreatum, galeatum, pileatum, pallatum, &c.* *Ejus sunt hi CANONES.*

- I. Habitus suscipit magis ac minus.

*Qui habet plures vestes & arma, dicitur magis vestitus, magis armatus, &c.*

- II. Habitus suscipit contrarietatem.

*Potest aliquis esse loricatorus, & tamen esse vestitus panno.*

*Hæc de Prædicamentis ipsis. Supersunt*

POSTPRÆDICAMENTA.

Postprædicamenta sunt vocabulorum aliquot ambiguum distinctiones, quorum in Prædicamentis facta est mentio.

Sunt autem quinque. 1. Opposita. 2. Prius. 3. Simul. 4. Motus. 5. Habere.

- I. Opposita dicuntur modis quatuor. I. Adver-

Adversè opposita, sunt duæ qualitates mutuò se expellentes, *ut caliditas & frigiditas*. II. Relativè opposita, sunt relatum & correlatûs, *ut pater & filius*. III. Privativè opposita, sunt res & privatio, *ut lux & tenebra*. IV. Contradictoriè opposita, sunt propositiones repugnantes: *ut Ignis urit, ignis non urit*.

II. Prius dicitur modis quatuor. I. Prius tempore; *Sic arbor prior est pomo*. II. Prius natura: *ut causa prior est Effecto*. III. Prius ordine: *Sic in Grammatica syllaba prior est dictione*. IV. Prius dignitate: *Sic consul prior est Senatore*.

[Prius Naturâ est duplex: vel respectu natura generantis, sic materia est prior forma: vel respectu natura intendentis, sic forma prior est materia. *Mus foemina*. Alii addunt Prius cognitione; quod prius est, vel simpliciter, seu secundum naturam & intellectum, sic causa prius cognoscitur quàm effectus: vel secundum nos, aut sensum nostrum. Sic effectum prius cognoscitur quàm causa. Item Prius doctrinæ facilioris, quod sapissimè in disciplinis, ordine natura neglecto, sequimur.]

III. Simul dicitur dupliciter, I. Simul tempore, *ut faber & fabricatio: duo infantes eodem tempore nati*. II. Simul naturâ: *ut pater & filius, dominus servus, & omnia correlata*.

[His addi potest 1. Simul relatione, sicut pater & filius sunt simul. 2. Simul loco, sicut multa corpora simul esse possunt in communi loco. 3. Simul genere, *ut homo & bestia simul sunt, quia sub eodem genere (animali) immediate continentur. Alios modos vide apud alios.*]

IV. Motus est agitatio substantiæ, quæ acquirit aliquem terminum.

Ejus species sunt V. 1. est *Generatio*, à non esse ad esse. 2. *Corruptio*, ab esse ad non esse. 3. *Augmentatio*, quâ major acquiritur quantitas. 4. *Diminutio*, quâ minor fit quantitas. 5. *Alteratio*, quâ alia acquiritur qualitas: & denique 6. *Motus localis*, quo subinde aliud spatium occupatur.

[Hæc tamen Physica sunt, non Logica.]

V. Habere dicitur VII. modis. 1. Habere qualitatem, ut *scientiam*. 2. quantitatem, ut *magnitudinem*. 3. ea quæ sunt circa corpus vel totum, vel ejus partes, ut *vestes, annulum*. 4. partem, ut *pedem, manum, &c.* 5. contentum, ut *vinum in dolio*. 6. possessionem, ut *domum, agros, aurum*. 7. relatè, ut *habere conjugem, maritum, &c.*

[Ramei Postpredicamenta tanquam heterogenea ex arte Logica planè reiciunt, cum sint Grammatica ut plurimum vocum Interpretationes, quæ Lexicographos concernant. In Predicamentis quadam ad scientias alias amandant, quadam (cum generalia generaliter sint tradenda & semel) generalis Inventionis argumentis accommodant. Ad locum subjecti referunt substantiam, quatenus ei accidentia inhaerent. Itemq; Situm & Vbi. Actionem ad effecta. Passionem, Qualitatem, Quando & Habitum ad modos adjunctorum. Relationem ad Relata. Quantitatem deniq; ratione equalitatis & inequalitatis ad comparata. Nos, ne singula hæc tyronibus incognita sint, præmittere volumus. Sufficiant, verò isthæc *ὡς ἐλεγε μὲν ὁ Πλάτων* dicta de Predicamentis eorundemq; *ὡς ἐπεὶ δὲ*. Aggrediemur tandem in nomine Domini *παιδείαν* ipsam.]



LIBRI PRIMI  
DIALECTICÆ,  
DE INVENTIONE.  
CAPUT I.

De Definitione Dialecticæ.

**D**IALECTICA est ars ratione bene utendi.

Definitum hic est Dialectica. Dicitur I. Dialecticæ

Græco verbo Διαλέγεσθαι, quod idem est ac λογίζεσθαι, seu τῷ λόγῳ χρῆσθαι, hoc est, ut Plato loquitur, ratione bene uti, sive ratiocinari. Philippus

Διάλεγεσθαι est differere sive colloqui cum aliis collatis opinionibus, Germanicè: Sich mit etlichen andern vnderreden: vel: Engentlich von einem ding reden/ Unde nomen Διαλεκτική. Germ. etiam

Vnderredkunst/ ein Vnderrichtkunst. At notatio hæc angustior est, quia Dialectica natura & essentia non consistit tantum in colloquendo, sed potissimum in ratiocinando: sive id fiat μετὰ ἑτέρου cum alio, externo sermone

sive μετὰ ἑαυτῶν, intus, secum, in seipso, ad sese, pro seipso & semetipso, solitaria mentis cogitatione variè discurrendo.

Respicit verò Philippus Dialecticæ usum principalem externum, qui est in interrogando & respondendo, opponendo, resolvendo & docendo. Ramus autem operationem ejusdem internam, quæ absolvitur ratiocinando.

Eodem sensu dicitur & Logica.

A Gra

ut sit, ut esse. 12

quo fertur Diali.

Φ  
24  
sign  
orat  
ma  
tu  
D  
diff  
xor  
men  
Et  
sui  
prop  
lien  
ca  
cip  
Di  
qu  
gn  
Di  
na  
ali  
fin  
dif  
con  
&  
ex  
ci  
pra  
lec  
sen  
VI  
lib

A Gracâ voce λόγος, qua & sermonem θεωροῦμεν externum, seu orationem, & præcipue ἐννοεῖται internum, seu rationem sive ratiocinationem significat. Vnde primario ars rationis, secundario vero ars orationis erit. Hec enim Symbolum rationis est, & de ratione manat. Germanicè vero non male dixeris ein Vernunftkunst / verständiglich ein ding nach Sinn vñnd Vernunft zuhandeln. Quia omnes rationis vires in differendo complectitur, & præceptis suis explicat. Dicitur & ἡ ἀρχὴ τῆς ἐπιστήμης à fine & usu organum. Quia est ars instrumenta differendi ad res quas vis bene cognoscendas fabricans, Et τὸ πρῶτον παρὰ διδασκαλίας, ἡ δὲ διδασκαλία, modus institutionis & doctrina, quo omnes artes & scientia tradi ac propom rectè queant. (Qua tamen postrema denotationes alieniores aliquantum videntur.)

[Cæterum hic observanda duo. I. vocis Dialecticæ & Logicæ πολυσημία I. Logica generalissimè accipitur pro tribus artibus generalibus. Grammatica, Dialectica & Rhetorica. Quæ vulgò artes Logicæ, eò quod vox λόγος tum rationem, tum orationem significat, appellantur. II. Utraq; tum Logica tum Dialectica accipitur generaliter pro naturali ac innata vi sive aptitudine ratione utendi. Quæ dicitur aliàs Dialectica sive Logica naturalis, qua homines sine artium præceptis differunt. III. Pro tota arte differendi, præceptis ordine & methodicè dispositis constante. Quæ dicitur aliàs Dialectica Artificialis & Docens. IV. Specialiter, pro habitu, praxi & usu, ex præceptionibus Dialecticis comparato. Quæ dicitur aliàs Logica operans seu utens: quod applicet præcepta ad praxin & usum. V. pro præceptis Dialecticæ ac Logicæ ab autore aliquo conscriptis. Quo sensu dicitur Logica Rami, Dialectica Philippi, &c. VI. præfissimè pro doctrina differendi ex probabilitatibus sive pro Syllogismo communi ac contingentibus



qui propterea in specie dicitur Dialecticus sive Logicus. Itaq; II. observandum: Quod Ramo Dialectica & Logica eodem sensu dicuntur, idq; per Synecdochē generis pro specie: At Philippo & Aristotelicis hoc modo differunt: Dialectica est ars differendi de quolibet rhemate ex probabilibus, cuius methodum Aristoteles tradidit in Topicis. Logica verò est ars differendi tum ex probabilibus tum ex necessariis. Quamquam non in propriā, sed in latiori significatione Dialectica nonnunquam pro universā Logica ab ipsis etiam Aristotelicis sumitur. ]

Ars quid

Definitio ipsa constat Genere Forma & Fine. I. Genere vicem obtinet particula Ars. Ars est, quia ei Definitio artis competit: quatenus Ars est Methodica comprehensio & dispositio preceptorum homogeneorum, catholicorum, perpetuorum, ad finem utilem in vita tendentium: seu cum Luciano & Quintiliano. Τέχνη ἐστὶ σὺν μακροῦ καὶ ἀψευδῶν ἐγγεγραμμένων κριέντων πρὸς τὸ τέλος. ὁ δὲ χρεῖστος τῶν ἐν βίῳ: Ars est ordo certarum propositionum executione cognitarum ad finem utilem in vita. Quod si Ars accipitur in stricta significatione, quatenus definitur ab Aristotele l. 6. Ethic. c. 4. habitus cum vera ratione effectivus competit tantum propriè artibus mechanicis. Et ita Logica non est ars, sed arti similis: considerata scilicet respectu τῆς ἐχούσης seu artificis & ratione preceptorum, quæ omnium reliquarum artium tractationem constituunt. Itaq; 1. nec Logica propriè est scientia, nisi quatenus latè pro quavis cognitione sumitur, cum propriè & strictè scientia sit habitus demonstrativus ex causis. Nec Logica non scientia, sed τὸ ὄργανον Insuper modus scientia erit. Nec 2. est propriè habitus, nisi quatenus Logica in mente artificis operantis, vel respectu habitus consideratur: cum quæ est comprehensio methodica preceptorum &c. Habitùs genitùs sit remotus. Nec 3. est propriè Instrumentum, nisi ratione finis & usus: cum Logica sit in predicamento Qualitatis: Instrumentum verò in predicamento Relationis. Definitio autem

& definitum debent esse in eodem predicamento. II. For- ”  
ma sive Differentia specifica consistit in ratione bene utendo. ”  
 Hoc ipso enim 1. Dialectica absolvitur, & in eo esse suum to- ”  
 tum habet: nec non. 2. ab aliis omnino artibus & scientiis ”  
 discernitur: Sola namq; Dialectica docet rationem & viam, ”  
 quomodo ratione bene uti, differere, ratiocinari, docere possi- ”  
 mus. Artem bene differendi non nominamus: tum quod 2333 ”  
multi in verbo differere trahi concurrunt: tum quod necessa- 333 ”  
rio aliud nil hic significet quam τὸν λόγον καὶ οὐδὲν αὐτὴν ratione 33 ”  
uti. Quid juvat ergo adhibere in definitionibus verba im- ”  
 propria, cum habeamus maximè propria. Bene additur, non ”  
 ad generalem artis ὡς ἀρετῆς exprimendam: verum 1. ”  
 ad differentiam Logice Artificialis & Naturalis. Omnes e- ”  
 nim homines natura differunt sed non bene, rectè, perspicue, ”  
 constanti rationis usu. 2. ad differentiam Sophistica. Sophi- ”  
 ste namq; etiam ratione utuntur & differunt, sed non bene: ”  
 Verum perversè ac malè, cum studio decipiendi ac fallendi, ”  
 III. Finis Dialecticæ cum forma coincidit. Adequatus ”  
 namq; proprius & essentialis Logice finis est bene ratione uti, 30 ”  
 quia omnes Dialecticæ præceptiones ad hunc scopum ultimum ”  
 tendunt ac aspirant, ut bene ratione uti doceant, quo ipso et- ”  
 iam consumuntur & absolvuntur. Quod verò Philippus for- ”  
 mam & finem Dialecticæ constituit in rectè, ordine, & perspi- ”  
 cue docendo: eo ipso usum Dialecticæ præcipue externum re- ”  
 spexit, non internam perfectionem expressit.

## CAPUT II.

DE DIVISIONE DIALECTICÆ;  
& Inventionis ac Argumenti Defi-  
nitione.

I. Partes Dialecticæ duæ sunt: In-  
 ventio, sive Inventrix: & Judi-  
 cium, sive Judicatrix.

*Illā directrix est Notionum mentis simplicium: Hac vero directrix notionum mentis conjunctarum.*

Distributio hæc est legitima. 1. quia partes ejus cum toto recipiuntur. 2. quia singula rationis officia complectitur. Tot enim sunt Logica partes constituenda, quot rationis sunt officia (Logica enim ars rationis est.) At officia rationis tantum sunt duo. Vel enim naturaliter de rebus primum cogitamus, easque simpliciter invenimus & apprehendimus (quæ est Inventio) vel dispositis iisdem judicamus (quæ est dispositio & judicium.) Dna ergo & non plures Logica partes sunt. Aristotelici juxta tres Rationis actus tres Logica partes constituunt: ut 1. agat de apprehensione simplicium terminorum (quæ nobis est Inventio) 2. de formatione integræ sententiæ in Enunciationibus. 3. de Dianoia seu discursu, syllogismo sc. & methodo. Verum quia utraq; pars posterior de terminis complexis sive compositis agit, quod sine Judicio fieri nequit: duos hos rationis actus sub generali nomine Judicii nos comprehendimus. Observa autem Inventionem & Judicium accipi tripliciter. 1. pro facultate naturali inveniendi & judicandi. Ita judicium univèrse Logica est: sed sic sub artē non cadit. 2. pro doctrina Inveniendi & Judicandi, hæc artis propria est. 3. pro habitu inveniendi: & sic ad usum Logica pertinet, & aliud nilquàm Logica operatio est.)

2. Inventio est prior pars Dialecticæ de inveniendis argumentis.

[Dicitur alius Τὸ μὲν, quod Locos inveniendorum argumentorum continet, proponit & explicat, Locus enim, Boethio definitore, sedes & receptaculum est argumentorum. Quæcunq; ergo res tractanda, harum argumenta in his ipsius Locis investiganda & ex iisdem desumenda erunt. Præcedit autem hæc pars Inventrix: Judicatricem. 1. Quia prior ordine natura. Judicium enim ex Inventionē componitur: compositum autem est natura posterius simplici. 2. quia prior ordine doctrina. Inventionis enim cognitio ad Judicium cogni-

*agnitionem requiritur. Atq; ita 3. est Generalior. Generalia autem procedunt, specialiora sequuntur. Quod Etymologia; & Syntaxeos Grammatica ordine liquet.]*

3. Argumentum est, quod ad aliquid arguendum affectum est.

[Argumentum definitur à conjugatis. Nomen enim habet ab arguendo. Arguere autem hic in genere significat idem quod indicare, explicare, declarare, illustrare, probare, confirmare & demonstrare, seu, ut Libavius loquitur, vim quandam habere, qua alterum accipiat aliquam lucem, ut appareat quale sit, & quomodo ejus seratio habeat. Argumentum verò non accipitur eodem modo, sed variè. I. Generaliter pronuntiatione secunda; termino simplici; ratione simplici; termino nudo; conceptu incompleto, quo quo vis modo ad arguendum affectum est, siue id fiat extra dispositionem: investigando rei alicujus vel causam, vel effectum, subjectum, adjunctum, disparata, relata, &c. vel in dispositione, aut axiomaticè aliquid explicando & declarando; aut syllogisticè demonstrando & probando; quo sensu à Ramo hic accipitur. II. Specialiter, pro argumentatione siue integro Syllogismo, ut cum in Scholis vulgò dicunt, tale est argumentum Dn. Opponentis. Quæ acceptio est Synecdochica. III. Specialissime pro medio termino, seu probatione rei dubiæ faciente fidem. Quo sensu accipitur ab Aristotele & Philopono: Ramo verò dicitur argumentum tertium. IV. Abusivè apud autores usurpatur pro iudicio, itemq; pro summa & materia circa quam quis versatur: ita summa libri vel capituli alicujus dicitur Argumentum.]

Ex hac argumenti definitione in genere resultant sequentes Notæ sive

## CANONES.

I. Omne argumentum refertur ad aliquod quod arguit, & à quo vicissim arguitur. Id quod arguit, dicitur *argumentum*: Quod arguitur

guitur dicitur *argutum*: item *res arguta* sive *affecta*.

*NB* [ *Alii Thema nominant. Est autem Thema duplex, vel Simplex vel conjunctum. Simplex est unica quæpiam seu singularis notio ad quam non responderi potest ita vel non: ut Anima (argutum, res arguta, thema) est mortalis (argumentum) Conjunctum est Quæstio dubia, qua confirmanda est vel refutanda: ut An virtus sit summum bonum.* ]

II. Quæ inter duo argumenta intercedit affectio, vocatur Relatio: Quæ semper est inter duo, actu vel potentia.

*Declaro hæc exemplo: Homo est mortalis. Hic duo sunt argumenta: Homo - Mortalis; Quorum alterum arguitur (Mortalis) alterum arguit (Homo) Inter hæc verò duo intercedit arguendi habitudo sive affectio, ut affectio hominis ad arguendam mortalitatem, est subjectum: & vicissim, affectio mortalitatis ad arguendum hominem, est adjunctum. Subjectum igitur & Adjunctum hæc argumenta sunt. Hæc ipsa verò affectio arguendi, quæ inter hæc duo intercedit, est relatio. Qualis enim est affectio subjecti ad adjunctum: & vicissim contra: Talis etiam est inter hominem & Mortalem esse. Ita examinanda & sequentia Exempla. Deus condidit mundum. Virgilius est Poëta. Temperantia est colenda. Albus non est niger. Semper verò inter duo argumenta ista relatio est, si non actu, certè potentia. Ideò definitur argumentum, non quod arguat (semper actu,) sed quod ad arguendum affectum sit, id est, aptum, accommodatum, naturâ dispositum sit, & potentiam ad arguendum habeat.]*

Itaq; &

III. Omnia argumenta sunt Relata.

[ *Causa enim est sui effecti causa, & effectum à causâ est effectum: Subjectum est sui adjuncti subjectum, & vicissim contra. Ideoq; non nisi ad correlatum suum referuntur, ut causa non arguitur nisi ab effecto, effectum non nisi à causa, (non ab adjuncto aut aduerso) species non nisi à genere, &c.*

Hic

*Hic nota omnia argumenta esse relata, secundum Dici; non secundum esse. Tituli argumentorum, ut in Logica Inventionem prescribuntur, sunt Relata; non autem res ipsa, qua sub titulis sive locis istis continentur, ut sunt exempla, ad argumentorum precepta illustranda adducta.]*

IV. Singula argumenta propriæ affectionis vi seorsim, extra ullam dispositionem, ad arguendum se affecta sunt.

[Hoc intendit Ramus, ubi immediatè definitioni Argumenti subjungit; Quales sunt singulæ rationes solæ & per se consideratæ. Qualibet ergò notiones in rebus à mente concepta, etiam extra dispositionem problematicam & syllogisticam, seorsim, in se, per se, separatim consideratæ, argumenta sunt, suamq; ad se in vicem propriam affectionem habent, ut Deus-Mundus: Homo-doctus: Formosus-Facundus, &c. Hic si mundum conferas cum Deo, habes duo argumenta, qua extra ullam dispositionem nudè sic proponuntur. Mundus-Deus. Inter mundum verò & Deum, est quædam affectio sive relatio, cujus gratiâ Deus mundum arguit, & mundus arguitur. Illa est affectio mutua cause ad effectum. Deus est causa efficiens, quia mundum condidit. Mundus est effectum, quia à Deo conditus est. Atqui hæ sunt rationes singulæ, qua aliàs noëmata, notiones, termini & conceptus simplices dicuntur: ad quorum considerationem dispositione nullâ opus est, sed secundum suas definitiones & regulas per se spectantur. Qui quidem argumentorum sive noëmatum, & terminorum horum simplicium usus solius Inventionis proprius, vnde & dicitur Topicus.]

V. Argumentum si disponatur cum argumento, (arguto) vel rhemate, constituit axioma simplex: *Deus-Mundus: Hinc Axioma, Deus condidit mundum: uno verò vel pluribus dispositione additis, faciet axioma compositum, ut: Deus mundū & condidit & conservat, &c.*

Que ipsa dein dispositioni Syllogistica inserviunt, ut, Deus est omnipotens: Quia mundum condidit: Atq; hic usus est Argumentorum Criticus.

[Criticus argumentorum usus est, quo argumenta Legitimè connectuntur & disponuntur. Estq; pro diversitate subjecti duplex. Vel Axiomaticus: quo argumenta axiomatice disponuntur, declarantur, explicantur. Vnde & dicitur Declarativus, Explicativus, Problematicus, Enunciativus. Vel Syllogisticus, quo Syllogisticè Axiomata disponuntur ad probandum & demonstrandum. Vnde & dicitur Demonstrativus.]

VI. Quælibet res pro diversa consideratione aliud atq; aliud argumenti nomen adsciscere potest.

*Sic homo si consideretur respectu Dei, est effectum. Idem homo collatus cum effectis rebus suis est efficiens. Est idem subjectum, ratione virtutum vel vitiorum. Est adjunctum, ratione loci, in quo consistit. Est dissentaneum, ratione canis, leonis, bestia. Est comparatum, ratione bullæ vel graminis. Est ortum, si comparatur cum humo, &c.*

VII. In argumentis non æstimandæ sunt voces, sed considerandæ notiones. Fieri enim potest, ut unum argumentum pluribus vocibus interdum describatur.

*Vt; Didicisse fideliter artes; Emollit mores nec sinit esse feros. Hic duæ tantum sunt notiones sive argumenta, causa & effectum, pluribus verbis denotata. Sic; Bonum est fugienda aspiciere in alieno malo.*

IX. Nonnunquam argumenta illustrantur sive determinantur consignantibus, videlicet epithetis, adverbis, vel similibus, quæ vulgò *περονεμψα* seu Syncategoremata appellantur.

[obser

[*Observa hac omnia post principalem affectionem spectanda esse. Exempli gratia. Fortitudo quæ pericula propellit est virtus eximia. Hic principalis affectio est generis & speciei. Virtus enim ad fortitudinem habet se ut genus ad speciem. Hæc verò proprio effectu (pericula propellit:) illa autem adjuncto (eximia) illustratur, quæ sunt affectiones minus principales & syncategoremata. Idem judica de hoc. Exemplo: Pœtætarum princeps Virgilius eleganter bellum Trojanum descripsit.]*

**IX. Omnia argumenta pro ratione affectionis suæ enuncianda sunt: Causa sc. causaliter effectum effective, definitio definirive.**

*Ut cum quæro: Quid est homo, non debes respondere: est ex humo desumptus: vel non est bestia: vel constat duabus partibus, corpore & animo, sed cum quæstio sit definitionis, definitione etiam respondebis: est animal rationale.*

**X. Deniq; Cùm nulla prorsus in argumento & arguto est affectio: seu, cùm pro argumento quippiam assumitur, quod nullâ cum Themate sive quæstione affectionem habet, dicitur Ignoratio Elenchi. Cùm autem pro argumento vero, vel manifestè falsum, vel speciem veri præ se ferens aliud profertur, dicitur Elenchus ejus argumenti, cujus similitudinem gerit. Ut cum falsa causa ponitur pro verâ, dicitur elenchus causa: cùm falsum effectum dicitur elenchus effecti, & ita deinceps.**

[*De his in singulis Inventionis Locis speciatim agemus.*]

### CAPUT III.

*De Argumenti distributione.*

1. **A**rgumentum est vel Artificiale  
vel Inartificiale. *Illud*



*Illud Infitum & Intrinsecum dicitur. Quod vi sua sibi insita & innata ex arte arguat, demonstret, explanet. Hoc verò assumptum & extrinsecum. Quod foris assumpta vi, ab aliquo sc. artificiali, arguat. Est enim ejus expers, & non nisi propter alia ei creditur, nempe propter testes.*

2. Artificiale est, quod ex sese arguit.

*Artificialia argumenta sunt reliqua omnia, prater unum Testimonium, quod est Inartificiale.*

3. Estq; primum vel à primo ortum,

4. Primum est, quod est suæ originis.

*Talia sunt; Consentanea, Dissentanea & Comparata.*

5. Ortum est, quod è primis originem trahit.

*Talia sunt, Conjugata, Notatio, Distributio & Definitio.*

6. Primum est Simplex vel Comparatum;

7. Simplex est, quod simpliciter & absolutè consideratur. (*Citra sc. collationem Comparatorum.*)

*Talia sunt Consentanea & Dissentanea.*

8. Comparatum est, quo res comparatione quantitatis & qualitatis cōsiderantur.

*Talia sunt Paria, Imparia, sive Majora & Minora, Similia, Dissimilia.*

9. Simplex est Consentaneum, vel Dissentaneum.

10. Consentaneum est, quod cum re, quam arguit, consentit.

*Talia*

Talia sunt *Causa, Effectum, Subiectum & Adjunctum.*

11. Dissentaneum est, quod à re, quã arguit, dissentit.

*Talia sunt, Diversa, Disparata, Adversa, Relata, Contradicentia & Privantia.*

12. Consentaneum est vel absolutè, vel modo quodam.

13. Absolutè Consentaneum est, quod absolutè cum re, quam arguit, consentit, ut *Causa & Effectum.*

14. Modo quodam consentaneum est, quod modo quodam cum re, quam arguit, consentit, ut *Subiectum & Adjunctum.*


*Absolutè consentire, est perfectissimè & arctissimè convenire, ita ut unum alteri sit essenziale: alterum verò essentialiam ab altero accipiat. Modo quodam consentire, est ita consentire, ut alterum alteri essenziale non sit, verùm præter essentialiam ratione quapiam conjungatur.*

OS (\*) SO



Argu

Argumentum est vel



[Ex his distributionibus argumenta ordine excerpta sunt  
Consentanea septem: Causa efficiens, materia, forma,  
finis, effectum, subjectum, adjunctum.

Dissentanea sex. Diversa, disparata, relata, adversa,  
privantia, contradicentia.

Comparata quinque: paria, majora, minora, similia,  
dissimilia.

Orta octo: Conjugata, Notatio, Distributio ex cau-  
sis, Distributio ex effectis, Distributio ex subjectis,  
Distributio ex adjunctis, Definitio, Descriptio.

Inartificiale unum: Testimonium.

Philipp. Distinguit inter locos rerum & personarum Lo-  
ci rerum sunt ipsa argumenta Inventionis. Et horum nu-  
merat XXVIII. Loci personarum sunt, quibus persona  
describuntur. Quales sunt, 1. parria. 2. sexus. 3. parentes. 4.  
educatio. 5. mores. 6. vita & genus. 7. eventus. 8. aetas. 9. mors.  
Verum distributio hac, cum habeat partes ratione saltem  
diversitatis distinctas, merito ut imperfecta rejicitur. Quia  
singula commodissime ad decem ordines argumentorum e-  
numeratos referri possunt. Quod in locis rerum planum est,  
in locis personarum similiter.]

## CAPUT IV.

## CAUSA.

1. CAUSA est argumentum absolu-  
tè consentaneum, cujus vi (virtu-  
te vel facultate) res (causatum sive effe-  
ctum) est, (existit.)

[Causarum tractatio vel generalis est, vel specialis.  
Generalis est vel *ἰσχυραλική* Realis, quæ est Meta-  
phys. Hac enim de causis quatenus communissima sunt En-  
tium attributa atq; differentia agit vel *λογικατικὴ*; ratio-  
nalis, quæ est Logica. Hac enim considerat, quæ sunt ter-  
mini technologicæ sive artis, definitiones & distributiones:  
specia-

specialis tractatio ad certum Ens restricta singularum est disciplinarum, ut Physica, rerum Physicarum ( principia generationis ) Ethica, Ethicarum, ( qua sint virtutum, qua vitiorum causa, &c. II. Causa merito primus locus Inventionis tribuitur. Quia 1. est absolute consentaneum suo effecto. Absolute autem consentanea constituunt essentiam. 2. Quia impossibile est intelligere accidens sine causis. 3. Quia subjectum & Adjunctum, id ipsum quod sunt, per causas sunt. 4. Quia causa & effectum sunt simpliciora, simpliciora autem sunt compositis priora. III. Causa accipitur variis modis 1. pro ente absoluto, ut cum Deus dicitur causa mundi. 2.  $\sigma\mu\mu\alpha\upsilon\lambda\upsilon\kappa\omega\varsigma$  & in significatione Grammatica, ut cum dico causas habeo graves. 3. pro Controversia, ita in Rhetor. dicuntur esse quatuor genera Causarum, hoc est, controversiarum forensium. 4. latissime pro quovis principio. Et 5. pro termino artis, seu Notione secunda, sicut hoc loco. IV. Causa & principium sumuntur sapissime ab Aristot. pro uno & eodem. Sed tamen accurate loquendo differunt, ut genus & species, latius & strictius. Omnis enim causa est principium, sed non omne principium est causa. Principium namque significat rem unamquamlibet, qua alia res emanat, sive ab eadem dependeat, sive non. Causa vero semper dependendi respectum habet. Principium loci, temporis, corona vel rei alterius non est causa productionis aut constitutionis loci, temporis, corona aut rei.]

2. Causæ sunt quatuor, 1. Efficiens, 2. Materia, 3. Forma, 4. Finis.

Ex quibus Materia & Forma, dicuntur interna ( intrinseca, essentielles, immanentes, ) quia ipsam rei essentiam ingrediuntur & constituunt; Efficiens & Finis externa ( extrinseca, ) quia manent extra rei essentiam, & extrinsecus rem constituunt.

Causarum Generales sunt hi

CANONES.

I. Omnis causa est scientia.

[Scire

[Scire enim est rem per causas cognoscere: & sciri id dicitur, cuius causa est perfectò cognita.]

II. Omnis causa prior est suo effecto, ut:  
Pater prior est filio. Gallina ovo.

[Intellige ordine Naturæ, nam temporis ordine simul esse possunt: ut, Lux & dies. Ignis & ustio.]

III. Causa notior est suo effecto.

[Intellige ἀπλῶς καὶ φύσει naturā quia effecti cognitio à causā dependet. Notius verò effectum est causā κατ' ἀόριστον, quoad nos, quoad sensum nostrum; Causa verò posterior, quia interior & à sensibus remotior.]

IV. Posita causa ponitur effectus (si non actu, tamen potentia.) Et,

Sublata vel cessante causa, cessat effectus.

[Hic Canon semper verus est, 1. si de omni causa conjunctim intelligatur, sc. de Efficiente, Materia, Formā & Fine. 2. si de mutua ἁπλῶς sive relatione inter causam & effectum intelligatur, 3. In specie de causa formali, ut cessante fide, cessant bona opera. 4. De effecto quod dicitur ἁπλῶς ἐν ἑαυτῇ actione, operatio, seu quatenus in ipsa actione jam versatur: non verò de effecto, quod dicitur ἐν ἑτέρῃ ἡμῶν ἀποτελεσμα, ipsum opus, quod antea operatione & actione causa effectum est. Nam hac ratione extincto architecto manet domus. Mortuo patre superstes est filius.]

IV. Qualis est causa, tale etiam est effectum: & contrà.

[Valet Canon. I. in causis solitariis, principalibus & propriis ut; Deus est justus & bonus. Ergo omnia à Deo creata iusta & bona sunt. V. C. quia Deus est causa efficiens solitaria, principalis & propria. 2. valet in formalibus, & iis quæ essentiam participant, ut Pater est rationalis, Ergo & filius. Non verò valet in iis, quæ sunt secundum accidētia sive adjuncta communia, ut, Pater est doctus, Ergo etiam filius. Sartor iste est pius & bonus. Ergo etiam bonam vestem suet. 2. non valet in effectis iis, quæ essentiam non participant,

icipant, sed diversam à causis habent. ut, *Architectus est intelligens, Ergo & edificium.* Itaq;

VI. *Causa non est toto genere deterior suo effecto.*

NB:

VII. *Quicquid est causa causæ, (subalterna) est etiam causa causati, ut: Avus tuus est causa patris tui, Ergo etiam est causa tui.*

[*Valet Canon de causis in eodem genere & ordine existentibus, hoc est, in causis essentialiter subordinatis. Fallit verò alicubi, in causis voluntariè agentibus, itemq; in causis contingenter subordinatis sive deficientibus, ubi causa inferior effectum non ex suâ naturâ arguit, sed ex accidente defectum producit; ut, valet conseq. Deus causa est voluntatis humanæ. Voluntas est causa actionum bonarum, Ergo & Deus est causa actionum bonarum. Hic causa manent in eodem ordine essentialiter subordinata: Sed non valet conseq. Deus est causa voluntatis humanæ; Voluntas est causa actionum malarum. Ergo & Deus est causa actionum malarum. Quia hic causa intermedia ex accidente effectum, sive potius defectum, producit.*]

IX. *In causis non datur progressus in infinitum. Is enim in natura dari non debet.*

*Itaq; causa causarum Deus est, cetera causata.*

## CAPUT V.

### EFFICIENS PROCREANS ET Conservans.

I. **E**FFICIENS causa est, à quâ res (effectum) est.

*Ponitur efficiens primo loco, quia reliquarum quasi origo est, quâ primus motus actionis proficiscitur.*

*Ejus sunt hi Generales*

CANONES.

I. *Nihil fit sine causa efficiente.*

Quic

Quicquid enim est, ab alio est: &:

Nihil est causa sui ipsius.

[Excipe Deum, qui est Ens independens, qui à nullo, & à quo omnia.]

II. Omnis efficiens agit propter certum finem. *Natura enim nihil facit frustra.*

[Deus omnia facit propter seipsum. Creatura vero sui perficiendi gratia.]

III. Causa efficiens ( *veius* proprie dicta ) non efficit nisi in se bonum.

*Agit enim propter finem certum. At finis proprie dictus non est nisi bonus.*

Itaq;

IV. Efficiens quæ talis non producit defectum ( effectum deficientem. )

*Semper enim in se bonum quid efficit; Bonum autem est Ens. Mala autem sunt Entium defectus.*

Itaq;

Malorum non est causa efficiens, sed deficientis.

*Peccati non est causa efficiens, cum sit defectus. Monstri non est causa efficiens, sed deficientis, sc. defectus vel excessus materiae.*

V. Ab esse effectus, ad esse efficientis sive actualis sive potentialis non V. C. *ut non valet.*

*Domus est, Ergo superstes est architectus: Sed hoc sequitur, Domus est: Ergo necesse est architectum esse vel fuisse.*

VI. Causa efficiens nobilior est suo effecto.

[Intellige de causa efficiente principali. Minus enim principales sæpe effecto inferiores, ut semen comparatione proles, calor respectu ignis.]

2. Causæ efficientis sunt tres modi.

3. Primus est; Efficiens est vel procreans, vel conservans.



## 4. Procreans est, quæ rem primò efficit (procreat.)

*Effectum ejus dicitur propriè procreatum.*

Usus Topicus.

Procreans ——— Procreatum.

*Spiritus Sanctus ——— Charitas, pax, gaudium, lenitas, mansuetudo, fides, temperantia.**Timor Domini ——— Sapientia.**Sol ——— Dies.**Deus ——— Mundus.**Romulus ——— Roma.*

Hæc sunt argumenta singula seorsim considerata, non Axiomata, quòd si vinculo connectantur, erunt Axiomata ex causis efficientibus & effectis procreatis.

Fructus Spiritus S. est charitas, pax, gaudium, lenitas, mansuetudo, fides, temperantia. Sol toto cœlo diffusus diem efficit. Deus creavit mundum. Romulus condidit Romam. Atque is est usus horum Argumentorum problematicus.

Usus Syllogisticus.

Eadem adhibentur ad fidem Quæstioni sive themati dubio faciendam, argumento tertio ducto ab efficiente procreante. *Thema*: Charitas, pax, gaudium, sunt in credentibus. Quia, Spiritus sanctus in iisdem ea operatur. Toto cœlo lux diffusa est: Quia, Sol ortus est. Mundus non casu exitit: Quia, Deus eum creavit.

Vicissim eadem disputantur argumento ducto ab effecto procreato. *Thema*: Spiritus sanctus non est in credentibus otiosus. Quia, ejus fructus est charitas, pax, &c Sol ortus est; Quia, lux toto cœlo diffusa est. Deus omnipotens est. Quia, ab eo mundus creatus est. Sic examinentur & hæc exempla. In hac urbe sunt liberi: Quia, sunt parentes. In Paulo est viva fides: Quia, Spiritu sancto donatus est.

*Consequentia Syllogistica sunt hi*

CANONES.

I. Si causa procreans est, effectum etiam esse potest, ut; *Si sol est, dies effici potest. Si parentes sunt, procreari liberi possunt: & contra.*

II. Si effectum est procreatum, à procreante procreatum esse necesse est, ut: *Si dies est, à sole sit necesse est. Si liberi sunt, à parentibus procreati sint, necesse est.*

§. Conservans est, quæ rem procreatam conservat ac tuetur.

*Effectum ejus dicitur propriè conservatum.*

Usus Topicus sive Termini Simples.

Conservans ————— Conservatum.

Deus ————— Mundus.

Sal ————— Carnes à putredine tueri.

Consules & Imperatores ————— Roma.

Otium ————— Amor.

Usus Axiomaticus.

Hinc efficiuntur enunciata. Deus mundum à se creatum cōservat. Sal carnes à putredine tuetur. Consules & Imperatores Romani Romam conservârunt. Otium est causa conservans amoris.

Usus Syllogisticus.

Eadem sic disputantur Argumento tertio à Causa conservante. *Thema: Non facile hæc caro computrescet. Quia Sal putredinem arceat. Mundus hic non corruet. Quia Deus eum conservat. Amor Paridis non flaccescet. Quia otio deditus est.*

Vicissim ab effecto conservato ad arguendam causam. Deus est omnipotens & sapiens. Quia mundus ab eodem conservatur. Sal omnium condimentorum utilissimum, Quia putredinem carnis arceat. Paris otio deditus non est, Quia amori non vacat. Magistratus est colendus: Quia Deus ejus est autor & conservator.

[*Causa conservanti opponitur corrumpens, à quâ res vel diminuitur vel destruitur, estq; tum, diminuens, ut: discordia civium labefactat Rempubl. Nihil est quod non aliquando con-*

do consumat vetustas: tum in nihilum redigens, quæ an-  
nihilans dicitur, ut: Mors in nihilum redigit corpora. Igni  
ligna.]

*Conservantis sunt hi*

CANONES.

I. Si conservans est, effectum tutum & sal-  
vum manere potest: Et contra. *Si Deus custodit*  
*civitatem, salva erit; sin minus, peribit. Si consules*  
*& senatores prudentes sunt, Respubl. in flore ma-*  
*nebit.*

II. Ex quo aliquid productum est, per idē  
etiam conservatur. *Artes usu & experientia pro-*  
*ducta. Ergo & iisdem inter nos conservantur.*

*Vnde Scaliger: Conservatio est essendi continuatio*  
*& quædam perpetua generatio.*

III. Interdum una eademq; causa, & pro-  
creans & conservans est, ut: *Parentes gignunt*  
*liberos & eosdem fovent. Deus mundum condidit*  
*& conservat. Spiritus sancti virtute fides in nobis*  
*procreatur & conservatur.*

*Sic fuit Primus modus, sequitur Secundus.*

CAPUT VI.

EFFICIENS SOLA ET CUM  
ALIIS.

I. EFFICIENS vel sola efficit, vel cum  
aliis,

*Illa dicitur Solitaria, Totalis, ὀλική: hæc vero*  
*Socia, Partialis & μερική.*

2. Sola est, quæ rem solam sine alte-  
rius adminiculo efficit: seu, quæ sola  
effectum producit.

Effe-

*Effectum ejus dicitur Solitarium.*

[Sola dicitur, non quòd alias nullas socias habeat, sed quòd pares non habeat; Sola enim non excludit subordinationem, sed paritatem saltem societatis & conjunctionis. Alii tria faciunt ejus genera, 1. quòd agat sine ullo auxilio, tale agens Deus est. 2. sine ullo instrumento, ut Simson portas civitatis solus deportans. 3. sine administralia, ut Nisus in interficiendis Rutilis.]

*Vsus Topicus.*Causa solitaria  
sive Totalis.

Effect. solitar.

Deus ————— remittere posse peccata.  
 Christus ————— redimere à peccatis.  
 Fides ————— Iustificatio.  
 Simson ————— cades mille Philistæorum.

*Vsus Problematicus.*

Hæc ita enunciantur; Solus Deus potest remittere peccata. Christus solus nos redemit à peccatis. Sola fide justificatur homo. Solus Simson mille Philistæos occidit.

*Vsus Syllogisticus.*

Disputantur eadem argumento tertio à Causa Solitaria. *Thema*; Romanus Pontifex non potest peccata condonare. *Quia*, solus Deus peccata remittit. Nos non meremur ex nobis remissionem peccatorum. *Quia*, Christus solus nos redemit à peccatis. Non justificamur operibus, *Quia* sola fide.

*Vicissim contrà ab Effecto Solitario  
ad illustrandam causam.*

Christus est verus Deus, *Quia* peccata remittit. Christus est unicus Redemptor noster, *Quia* nos à peccatis redemit. Samson est fortissimus heros, *quia* mille Philistæos occidit. *Alia*; Solus Deus est omnipotens, *quia* solus mirabilia facit. Cæsaris Clementiæ laus propria est, *Quia* ejus solius autor. Nisus solus puniendus est, *quia* solus cædem fecit.

*Solitaria sunt hi*

CANONES.

D 4

I. So-

I. Solitaria & Totalis causa, si est, ejus motu res existere potest: Sin minus, non potest, ut: *Si sol ortus est, dies est. Sin minus, dies non est.*

II. Solitariae causae solitarius est effectus, ut: *Sola fides justificat: Ergo & justificatio nostra soli fidei adscribenda.* Itaq;

III. Cui tribuitur effectus solitarius, eadem tribuetur & causa solitaria, & contra: ut, *Christo tribuitur potestas remittendi peccata: Ergo & Deus si necesse erit.*

IV. Impossibile est causam efficientem totalem sive solitariam esse toto genere deteriorem suo effecto. *Homo est intelligens, misericors, approbans justitiam: Ergo & Deus.*

3. Causa cum aliis est, quæ aliorum adjumento rem efficit;

Seu; quæ cum aliis agit; vel, ad producendum effectum concurrat.

*Dicitur etiam concausa, causa socia, Partialis, Effectum verò ejus socium vel partiale.*

*Vsus Topicus.*

Causa socia,  
Partialis.

Effectum socium  
partiale.

*Natura, ars, exercitatio ————— artificem efficere.*

*Imperator, exercitus, decuriones, ————— Victoria belli.*

*Centuriones milites.*

*Vsus enunciativus.*

Hæc axiomaticè sic enunciantur; Natura, ars, exercitatio artificem faciunt. Imperator, exercitus, decuriones, milites, &c. in obtinenda belli victoria laborant.

*Vsus Syllogisticus.*

Disputantur verò Syllogisticè argumento tertio à causa Socia ad arguendum effectum Partiale. Excel-

lens

lens est artifex. Quia natura, arte, exercitatione instructus est. Vicissim ab effectu Socio ad illustrandam causam. Natura, ars, exercitatio conjungenda sunt. Quia conjuncta artificem faciunt.

*Exempla alia.* Christianorum fides est vera. Quia à Spiritu sancto per verbum excitatur. Gloria bellica multis est communis, Quia à multis parta. Non est suspectus tutor. Quia ejus crimen non colligitur ex mendacio, dolo, & alimentorum denegatione. Mahumentana fides non est vera. Quia ab hominum & Diaboli comento pendet.

*Ejus sunt hæ*

## CANONES.

I. *Partialis causæ partialis est effectus, ut: In victoria obtinenda non solus Imperator, sed & milites sudant. Ergò nec soli Imperatori adscribenda.* Itaq;

II. *Ab una causa partiali effectum totale inferri non potest, ut: Ille habet bonum ingenium. E. est doctus.*

III. *Positis causis sufficientibus in actu sequitur effectus; & contra, ut: Habeo multos libros & preceptores doctos. Ergò ero doctus. N. V.*

C. *Quia plura requiruntur ad doctrinam, nempe ingeni acumen, diligentia & labor, &c.*

[Dicitur I. in Actu. Quia ad causam divè pæi, non sequitur effectus. Dicitur II. sufficientibus: Quia insufficientibus causis positis, effectus non sequitur. Porro Causa sociæ sive cum aliis, vel pæes & æquales sunt, vel inæquales. Pæes sunt, quæ pari vi efficiunt: seu quæ in societate æqualis sunt efficacia. Sic par est vis & potestas in condendo mundo Patris, filii, & Spiritus sancti. Inæquales sunt, quæ impari vi efficiunt.]

4. Harum alia est Principalis; aliæ

minus principales sive adjuvantes.

5. Efficiens Principalis est, quæ plus cæteris efficit.

*Dicitur & causa Primaria, Princeps, autor, κὺ εἰς αὐτὸν αἰτία.*  
Quia una cæteris in operando antecellit, ejusq; prima pars sunt in agendo.

6. Minus Principales seu Adjuvantes sunt, quæ principalem adjuvant.

*Dicitur adjuvans aliàs etiam concausa συναιτία, cooperans σύνεργον, interdum subserviens ὑποεργον.*

7. Ad Adjuvantem refertur & Instrumentum sive causa Instrumentalis.

8. Causa instrumentalis est, cujus ministerio effectum producitur.

*Instrumenta verò sunt organa extra naturam cause principalis, quæ applicata & mota ab aliis actionem adjuvant.*

*Exempla causarum agentium cum aliis.*

Causæ efficiētes cum aliis

Principalis Spiritus S.

Adjuvantes Prophetæ, Apostoli, Pastores.

Instrumentalis, Verbum Dei.

Effectum,

Conversionis hominis.

Principalis Angelus.

Adjuvantes Moses, Aaron.

Instrumentales Currus, jumenta.

eductio Israëlitarum ex Ægypto.

Principalis Architectus.

Adjuvan. Operarii.

Ministra

Instrumentales ferra, malleus, dolabra, machinæ, &c.

edificium.

## Usus Axiomaticus.

Hæc ita enuntiantur: *Conversio hominis virtute Spiritus Sancti, per verbi divini prædicationem, operâ pastorum, Prophetarum & Apostolorum perficitur. Israëlita ex Ægypto à Deo, præeunte Angelo, ducente Mose & Aarone, curribus atq; jumentis educti sunt. Architectus cum operariis suis, ferris, malleis, dolabris, aliisque machinis adificium extruxit.*

## Usus Syllogisticus.

Disputantur eadem Argumento tertio ducto ab efficiente principali. *Iudas & Saul non convertuntur; Quia nulla Spiritus Sancti vis & operatio in illis deprehenditur. Aedificium extrui non potest; Quia deest architectus.*

Vicissim à causis adjuvantibus & instrumentalibus. *Saul non conversus est; Quia Prophetam Samuelem & verbum Dei contempsit. Architectus adificium perficere nequit; Quia operarios non habet, & ferramenta, securis, serra, malleus, aliisque machina ei desunt. Exempla alia. Papa Romanus non est caput Ecclesie. Quia nec à Christo, nec ab Apostolis, nec ab Ecclesia, neq; verbo Dei constitutus est. Simson est heros. Quia, maxillâ asini mille Philistæos occidit. Paulus plantavit, Apollo rigavit, Christus benedixit, 1. Cor. 3. Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei.*

Harum sunt hi

## CANONES.

I. Efficientis principalis principale est effectum, ut: *in conversione hominis principaliter Spiritus S. operatur. Ergo & conversio principale Spiritus S. effectum est.*

II. Una & eadem causa habet rationem & instrumenti & primarii efficientis, diverso respectu. ut: *Omnes cause secunda sunt Dei instrumentales & οὐκ αὐτὰ: principes autem cause sunt & αὐτὰ instrumentorum sibi subordinatorum.*

III. Causa principalis non excludit causas minus principales sive administras. Ut, non va-  
let: *Plus*



let: *Pluvia sunt causa diluvii, ergo non Deus.*  
 Et vicissim. *Deus est causa diluvii, ergo non pluvia.*

IV. Causa adjuvans ad producendum effectum non est sufficiens: ut, *Multitudo librorum non facit te doctum.* Itaq.

V. Positâ causâ minus principali una, non excluduntur aut removentur administræ reliquæ; ut: *N.V.C. natura facit Poëtam.* Ergo *non exercitatio. Requiritur enim utraq.*

VI. Instrumentum totum subservit actioni principalis agentis, à quo dirigitur.

Accipit enim à principali suo agente actionis determinationem: ut, *calamus scriptoris vim habet pingendi literas: ut tamen certo modo & ordine pingat, id omne à scribentis determinatione dependet.*

[*Habent autem instrumenta duplicem vim Activam & Passivam: vel internam & externam. Non movent igitur instrumenta, sed moventur, vi externa: Movent respectu vis internæ quam habent à sua forma: Vnde dicit Thomas: Omne instrumentum agere dispositivè ad virtutem agentis principalis.*]

*ere dispositivè  
hoc de manu  
natis dicit.*

VII. Essentia instrumenti consistit in usu.  
 Itaque, Instrumenta otiosa & extra usum posita, instrumenti nomen non propriè, sed *ὀμιονύμως* saltem, sortiuntur: ut, *oculus erutus manus resecta.*

VIII. Remotis & negatis instrumentis ad rem efficiendam necessariis, removeretur etiam effectum: & contra:

Datis instrumentis effectum esse potest. ut:

*Neq.*

Non habeo atramentum neque pennam, neque papyrus. Ergo non possum scribere. Pistor habet fornacem, farinam & ligna. Ergo potest pinsere panem. Ille non habuit gladium, neque cultrum, neque securim. Ergo alium vulnerare non potuit.

[Varia sunt causarum Efficientium imprimis Sociarum distinctiones maxime utiles & necessaria. I. Quaedam enim sunt essentialiter & necessariò subordinatæ, siue cum aliis copulatæ, quibus omnibus ad producendum effectum necessariò opus est, ut sol, homo, mas, foemina, in generando homine: Quaedam accidentaliter siue contingenter, quibus omnibus ad producendum effectum opus non est. Vt duo vel tres equi, trahentes currum, quem unus vel duo trahere possent. Harum sunt hi Canones. I. Causæ essentialiter ordinatæ stant pro una. Itaq; II. Ad producendum effectum ut sit, simul poni necesse est: Accidentaliter ordinatas non item. In subordinatis quedam est Prima, quæ in causando primum locum habet. Et quidem Prima vel absolutè & simpliciter, quæ est causa causarum, ipsa sine causa, ut Deus: vel definitè, in suo tantum genere, ut primi coeli motus est causa prima naturalium. Quaedam Secunda, quæ absq; concursu primæ operari non potest, ut natura est causa secunda, per quam Deus agit. Illa dicitur & universalis: hæc particularis. Sic Sol ut causa universalis generat hominem: homo ut particularis. Harum sunt hi Canones: I. Causa prima potest operari & effectum producere sine secunda agente: Itaq; II. Posita causa prima, non est necesse removeri secundam; & posita causa secunda, non est removenda illicò prima. Non igitur V.C. Deus efficit pluvias, Ergo non cause physica. Deus est causa vitæ longeva. Ergo non refectio naturalis per cibum. Et III. Causa particularis nihil potest sine universali (sustentante & modum agendi per naturam inditum conservante) seu; Causa inferior nihil potest absque superiori (puta in subordinatis & moventibus per se: Non verò per Accidens.) III. Quaedam est propinqua, quæ propius effectum attingit: Quaedam remota, inter quam & effectum alia causa inter-

intercedunt. Sic sol est causa hominis remota, homo propinqua. Panis materia propinqua, est farina, remota, frumentum. IV. Quaedam immediata, qua effectum proximum absque intermediis intervenientibus attingit. Unde dicitur Proxima, et causa actu. Sic proxima causa ridendi potentia in homine est humana natura. Quaedam Mediata, que intervenientibus aliis effectum attingit. Sic motus coeli est causa terra nascentium. Dicitur aliam causa in potentia, & futuro (quia ea posita effectus ultimus nondum est, sed inchoat esse potest.) Harum sunt hi Canones. I. Ex causis motioribus efficientibus infirma est concludendi ratio. Quarenda enim sunt effectuum causa proxima, ut N. C. Bibit vinum, Ergo est ebrius. Vinum enim remotior causa ebrietatis. II. Saepemotae causa in pari gradu habentur cum propinquis. Nam juxta Ictorum Regulam: Quod quis per alium facit, per se ipsum fecisse putandus est: ut sicarium conducens ad homicidium, eodem cum homicida poena reus est. III. Unumquodque tum esse dicitur cum actu est, magis quam cum potentia est. V. Quaedam *ἄνευ* impulsiva interior, qua est dispositio sive inclinatio interior ab exteriori producendum effectum irritata. Quaedam est *ἄνευ* impulsiva exterior, interiori irritans. Unde *ἄνευ* irritatrix, impellens, extrinsecus impellens, incipientia dicitur. Sic interior impulsiva dysenteria est bilis excrementum in toto corpore corrupta, & facta acrior & venenator: exterior largior potus in aestu, crudi fructus, qui putrescenti augere ac movent venenatam bilem. Sic misericordia Dei est interior impulsiva justificationis nostra: Exterior miseria nostra. VI. Quaedam est efficiens per transmutationem, qua constanti transmutatione seu motu agit in aliquid contra se positum. Sic, Gallina est efficiens transmutativa, quae producit pullum per motum. Pullificatio enim non est in gallina, sed in ovo, in patiente quod transmutatur. Sic ventriculus agit per transmutationem in cibum. Quaedam efficiens per emanationem, ex qua effectus sine notabili transmutatione quasi effluit & emanat: Sic, Sol est efficiens emanativa visus: Anima potentiarum sentiendi, videndi, &c.

ere  
hoc  
nat

in Sole luminis; nec in anima, nec in animali istarum potentiarum productio aliquam mutationem efficit. Illius est hic Canon. Efficiens transmutativum semper producit effectum extra positum. Idem enim non agit in seipsum. Hoc modo ignis agit in aquam, & elementa in se mutuo per qualitates, &c. Zabar. l. 1. de propos. necess. c. 11. VII. Quædam est Univoca, quæ effectus specie sibi similes producit: ut ignis ignem, homo hominem. Quædam Equivoca, quæ effectus specie dissimiles producit: ut, calor solis generat muscas, insecta, vermes. Quanquam hæc & alia distinctiones vel non usque ad eum omnes ac singula exactæ & accuratæ sunt, vel ex specialioribus scientiis melius cognosci possunt.]

Sic fuit modus efficientis secundus; sequitur Tertius.

## CAPUT VII.

## EFFICIENS PER SE ET

per Accidens.

1. CAUSA efficiens vel per se efficit, vel per accidens.

2. Efficiens per se est, quæ sua facultate (propria & insita, non aliena) efficit, (effectum producit.)

Dicitur Aristoteli κατ' αὐτὸν. Alias etiam proxima, & primum tangens appellatur.

3. Agit verò vel naturâ; vel consilio.

[Natura agere dicuntur, quæ rationis expertia, solo instinctu naturali & quadam agendi facultate in creatione ipsis à Deo indita, efficiunt, ut omnia bruta & creatura rationis expertes. Consilio agere dicuntur natura rationales, in quibus voluntas & deliberandi facultas inest, seu quæ libera mentis deliberatione à rationis prescripto agunt, ut Deus, angelus homines.] Itaque

4. Effi.

4. Efficiens per se vel est Naturalis vel Voluntaria.

5. Efficiens Naturalis est, quæ instinctu naturæ & facultate efficit.

*Dicitur Aristoteli κατὰ τὴν εἰσὶαν. Effectum vero dicitur Naturale.*

### Exempla inventionis.

Efficiens Naturalis	Effectum naturale
Magnes	Trahere ferrum.
Ignis	Urere.
Apes	mellificare.
Oculus	videre.
Auris	audire.
Animalia	foetus suos tuere.
Hamatites	sanguinem sistere.

E quibus axiomata è causa & effecto naturali conficiuntur ejusmodi. Magnes trahit ferrum. Ignis urit. Apes mellificanti: Oculus videt. Auris audit. Omnia animalia naturæ foetus suos tuentur. Hamatites sanguinem.

Hac ipsa verò disputantur argumento tertio ducto à causa naturali, ad arguendum effectum naturale. Thema: Ferrum hoc movetur: Quia Magnes præsto est. Hec res urit: Quia ignis est. Videt: Quia oculo præditus est. Parentes educare debent liberos: Quia omnibus animalibus hoc instinctum est. Sanguis sistetur: Quia Hamatites corpori adhibitus est.

Vicissim argumento ab effecto naturali ad arguendam causam. Naturalis quæpiam inter Magnetem & ferrum est. *Συμπύθει α;* Quia illud attrahit. Ignis est calidus; Quia urit. Apes sunt insecta utilissima; Quia mellificanti. Hamatites est siccus & adstringendi facultate præditus; Quia sanguinem sistit.

Sic. Venti naturæ spirant. Aurum sistit lepram. Homo natura vi sui similitem generat. Hirundo nidum construit. Formica grana colligit. Ventriculus cibum concoquit, & in chylum convertit.

Huc ergo omnium rerum naturalium tam animatarum, quam inanimatarum vires & actiones referenda sunt; itemque *Naturalis potentia & impotentia*. Sunt enim naturales potentia vires non accersitæ, aut arte in substantias transfusæ, sed in eis natæ, ut sint causæ certarum actionum. Similiter & *Affectus*, quia sunt motus naturales.

*Ejus sunt hi*

## CANONES.

I. Causa naturalis est determinata ad unum effectum.  
 ἡ φύσις ἐν τοῖς ἐν ταῖς φύσεσιν, ut: *Ignis non potest non calefacere, Aqua non potest non humectare.*

[Efficiens naturale nonnunquam oppositum efficit: Sed ex accidenti.] Itaque

II. Naturalis causa uno & eodem modo se habens, agit uno & eodem modo, pro diversitate subjectarum materialium, ut: Sol semper indurat luum: semper liquefacit ceram. Vinum semper calefacit. Ignis semper urit.

[Aristoteles hunc Canonem ita enuntiat. Idem similiter seu uno modo se habens semper idem efficit; & contra. Idem diversimodè se habens, potest esse causa contrariorum, ut, frigiditas temperata est συναιτιον generationis. Frigiditas exuberans est causa putredinis.]

III. Causa naturalis agit ad extremum suorum vitium, nec actionem suspendit.

[Hoc est, non adhibet ad suam actionem, moderationem, remissionem, moram, aut dilationem, ut, ignis non urit cum moderatione, sed extreme atque subito, & quasi in momento omnem suam vim exprimit, & admotas stipulas urit, nisi quid impediat.]

IV. Positis causis naturalibus sufficientibus & non impeditis, si sit admota materia,

E

neces-

necessario sequitur effectus. ut, *Stipulae sunt conjectae in ignem. Ergo comburentur.*

[Nota; Quando naturalis causa dissimiles apparent effectus, id fit non ratione causa, sed aut per accidens; ut, vinum naturam calefacit: frige facit per accidens. Nimum enim spiritum exiccat: exiccationem autem sequitur frigus: aut per impedimentum, cum naturalis vis impeditur artificio externo; ut, Magnes cum allinitur allio non trahit ferrum: aut à prima causa, ut ignis Babylonius: aut per dissimilitudinem objectorum, ut: Ignis comburit lignum, non Saltemandra.]

6. Efficiens Voluntaria est; quæ destinato consilio & libera voluntate efficit, (effectum producit.)

Dicitur Aristoreli ἀπὸν κατὰ θεοῦ αἰετοῦ, ἀπὸν ἐκείνου, ἀπὸ ἀγγέλων, θεοῦ Ἰουδαίου. Effectum vero esse appellatur voluntarium.

#### EXEMPLA INVENTIONIS.

Efficiens voluntaria	Effectum voluntarium
Deus	facere omnia.
David	committere adulterium.
Faber	tractare ferrum.
Diabolus	avertere se à veritate.
Ananias	mentiri Spiritui S.
Pamphilus	vitiare virginem.

Hinc axiomata è causa & effecto voluntario conficiuntur istiusmodi: Deus omnia fecit ex consilio voluntatis suae. David sciens & volens adulterium committit. Faber pro arbitratus suo ferrum tractat. Diabolus suam sponte se à veritate avertit. Ananias liberam voluntate mentitur est Spiritui S. Pamphilus & sciens & prudens vitiauit virginem.

Disputantur eadem argumento tertio ducto à Causa voluntaria. Thema: Non casu exitière omnia. Quia Deus ex consilio voluntatis suae fecit. David propter adulterium puniendus est. Quia sciens & volens commisit. Diaboli sunt naturam

naturâ mendaces. Quia liberâ voluntate à veritate se aver-  
terunt. Ananias non est excusandus. Quia spontè menti-  
tus est Spiritui Sancto.

Vicissim ab effectu naturali ad arguendam causam. Deus  
est agens liberrimum. Quia omnia fecit ex consilio volunta-  
tis suæ. David sciens & volens peccavit, quia cum posset ab-  
stinere, nihilominus adulterium commisit. Diabolus liberâ  
voluntate perit, quia cum Angelus lucis manere posset, ta-  
men à Deo se avertit. Ananias sponte suâ occisus est. Quia  
liberè Spiritui Sancto mentitus est. Exempla alia. Homo  
sponte suâ comedit de arbore vetita. Deus cuius vult mise-  
retur, quem autem vult, indurat. Cicero volens & sciens  
Pompeii partes secutus est. Quàm magnifica sunt opera tua  
Domine, omnia fecisti insipientia Psal. 104. 24. Deus om-  
nia que voluit fecit, Psal. 115. 3.

[Observandæ I. obiter in hoc modo phrasæ, quæ  
notæ sunt causæ voluntariæ: consilio, iudicio, voluntate,  
spontè, ultro, non vocatus, per se, à se, &c. & quæ ex his con-  
jungiuntur: suâ sponte & voluntate, suâ sponte, suo iudicio,  
studio ac voluntate, iudicio meo ac voluntate, meo consilio at-  
que iudicio, &c. Quorum exempla habet Dn. Beurhus.  
pedag. Log. part. 3. c. 4. Quæ omnia propriè saltem  
de naturis rationalibus dicuntur. Causa enim volun-  
taria in bruta non cadit, quia non dicuntur velle, sed  
instigari: Scal. exerc. 307. f. 4. II. Sicut appetitus refer-  
tur ad agentia Naturalia: Sic ars referretur ad agentia  
voluntaria. Est enim habitus intellectus.]

Ejus sunt hi

### CANONES.

I. Causa voluntaria determinata est ad ut-  
rumque oppositorum:  
Est libera & indifferens ad actionem:  
Potest agere & non agere:  
Potest suspendere actionem, ut, Pistor modo  
prensit, modo non. Homo modo loquitur, modo ta-  
cet. Pistor modo dealbat, modo denigrat.



[Schegkius hunc Canonem ita profert: Efficiencia logica (*rationalia*) ad oppositos effectus aut objecta selesse proferre possunt. Subjectum autem participat iis oppositis non simul & semel, sed vicissim & alternatim.]

II. Posita causa voluntaria, non est necesse poni effectum. Non igitur V. C. Deus est ab aeterno. Ergo & mundus. Hic dissolutus vivit. Ergo semper dissolutus erit. Faber habet ferrum & instrumenta. Ergo fabricat gladium. Deus potest plumbum vertere in aurum. Ergo est aurum.

[Vnde & hic Canon. A possibili ad inesse non valet consequentia: ut, Titius potuit Sempronio donare centum aureos. Ergo donavit. Bellarminus potest fieri Pontifex Maximus. Ergo est Pontifex.]

III. Voluntaria causa non posita in actu, non sequitur effectus, ut: Pistore non pincente, non fit panis. Architecto non edificante, non fit domus.

IV. Si voluntas & consilium est, etsi res non redditur prorsus effecta, ut efficiatur tamen tentari potest: ut, Catilina Romam funditus evertere animus fuit, quanquam, Cicerone obstante, nefarius conatus exitum sortiri non potuit. Jesuita saepius regem Gallia interficere attentarunt. Quanquam eventus aliter cecidit, quam sperarunt.

[Hinc persona commendantur ob animi conatum honestum, ad quem effectum tamen non consecutum: & vicissim ob turpia scelera qua animo saltem meditati fuerant, vituperantur.]

V. Voluntatis divinae, quae est immutabiliter bona, omnes effectus sunt boni, ut: Deus instituit conjugium politius, &c. Ergo bona sunt.

Hac

Hæc de causa efficiente per se.

7. Efficiens per accidens est, quæ aliena (alterius) facultate efficit.

*Dicitur Aristoteli αἰτιον κατὰ συμβεβηκός*  
Causa ad quam accidit effectum sequi, 6. Metaph. t. 5. Effectum vero ejus appellatur Accidentarium.

[Diverſo respectu Accidens est causa : diverſo efficientis est adjunctum. Adjunctum est, quatenus efficienti præter essentiam accedit. Causa est, quatenus vim quoque suam ad proprium suum effectum producendum confert. Sic hostis cum Pheræum interficere vellet, gladio vomitæ ei aliâ insanabilem aperuit, e qua apertione sanatus fuit. Hæc apertio vulneris collata cum Pheræo adjunctum est accidentarium : collata vero ad sanationem Pheræi causa est fortuita. Sanatio vero effectum accidentarium.]

*Ejus sunt sequentes generales*

CANONES.

I. Omnis effectus causæ per accidens reducendus est ad aliquam causam per se.

[Plerique autem eventus accidentarii & fortuiti referri possunt vel 1. ad Deum. vel 2. ad Angelos. vel 3. Diabolos. vel 4. mores hominum, vel 5. inconstantiam materia elementaris.]

II. Quæ per accidens fiunt, non sunt curæ arti.

Causæ enim per accidens sunt infinitæ.

[Itaque & inordinatæ. At disciplinarum & artium præcepta debent esse ordinata, perpetua, constantia, κατὰ πάντως vera. Et in definitione nihil ponitur, quod contingens est, nihil quod non necessarium est. Zabari. i. de prop. necess. c. 12.]

III. Unius rei potest esse causa efficiens per se, & per accidens; diverſo tamen respectu: Sic Evangelium est odor vitæ ad vitam, his qui salvantur. Idem est odor mortis ad mortem, his qui pereunt.

IV. Ab eo quod inest per se, ad id quod per accidens accedit, non valet consequentia.

A causa efficiente per se ad efficientem per accidens N. V. C.

A causis per accidens N. V. C. ut, Temperantia est bona (per se.) Febris affert Temperantiam (per accidens.) Ergo febris est bona. Piscatores Milesii invenerunt aureum tripodem. Ergo & alii piscatores aureum tripodem invenient.

8. Efficiens per accidens est in illis quæ fiunt vel necessitate, vel fortuna,

[Necessitas alia est physica, quæ ab insita vi & innata facultate in rebus naturalibus provenit. Sic lapis necessitate sua tendit deorsum. Ignis urit. Hac hujus loci non est. Alia est Necessitas violenta sive coactionis, quæ ab externi principio violente provenit, & naturali inclinationi repugnat. Sic lapis necessitate violenta movetur sursum. Hac hujus propria est. Necessitate igitur agunt & fiunt, quæ violenta quæpiam externa impelluntur & coguntur ad effectum. Fortuna vero agere dicuntur, quæ præter scopum & consilium agunt: & Fortuna fieri, quæ præter propositum agentis eveniunt.]

9. Est vel Necessaria vel Fortuita.

10. Efficiens Necessaria est, quæ necessitate & vi efficientem ad effectum cogit.

[Hoc est, quando efficiens vi natura & motu voluntate vel consilio aliter & posset & vellent agere, sed tamen præter voluntatem vi extrinsecus adventantis cause consistere non potest ad aliud effectum cogitur.]

Exempla inventionis.

Causa Efficiens Necessaria. — Effectum Necessarium  
 Lucretia ————— succumbere Tarquinio.  
 Lapis ————— sursum moveri.

*Fur* \_\_\_\_\_ ad carcerem trahi.  
*Eleazarus* \_\_\_\_\_ carne suilla vesci.  
*Bos* \_\_\_\_\_ ad macellum duci.

Ex quibus conficiuntur axiomata ejusmodi.

*Lucretia coacta Tarquinio succubuit. Lapis violento motu sursum movetur. Fur nolens volens à pretore ad carcerem trahitur. Eleazarus vi coactus carne suilla vescitur. Bos invitus ad macellum ducitur.*

Unde disputantur *Quæstiones dubiæ*, argumento tertio sumpto à causa efficiente necessaria, ad arguendum effectum necessarium. *Thema: Lucretia veniam mereatur. Quia vi ad stuprum coacta est. Fur iste furti reus est: Quia nolens volens in carcerem coniectus est. Eleazarus excusandus est. Quia coactus carnem suillam comedit.*

Vicissim ab effectu necessario ad efficientem necessariam. *Lucretia Tarquinio per vim stuprum intulit. Quia coacta paruit. Eleazarus temeritate in legem Dei non deliquit. Quia vi diducto ore carnem suillam edit. Paulus ad peccandum natura vitiositate cogitur. Quia invitus peccat.*

Exempla alia. *Negligens discipulus coactus à præceptore discit. Non quod volo, hoc ago, sed quod odi hoc facio. Rom. 7. Iudæi ex divino decreto Christum trucidarunt. Seneca coactus à Nerone mortem sibi infert. Osius Episcopus Cordubensis vi & necessitate à Constantino compulsus est ad subscribendum formulæ fidei Sirmiensis. Catonem impatientia; Iudam desperatio ad inferendas sibi violentas manus impulit: Sic ventus impulsu aëris haliuosi adificia evertit. Fulmen culmina prosternit. Sol stat, retrogreditur, &c.*

*Ejus sunt hi*

#### CANONES.

I. *Si necessaria causa sit, necessarius etiam est effectus. ut. Mundi huius conflagratio divinitus decreta est. Ergo omnino etiam eveniet.*

II. *Si necessitas urget, res ob impendentem necessitatem efficitur.*

*Necessitas enim durum telum est. Sic hortatur Catilina exercitum suum ad fortiter pugnandum à necessitate;*

Hostium, inquit, duo sunt; alter ab urbe, alter à Gallia; frumentum aliarumque rerum egestas obstat; quocumque ire placeat, ferro iter aperiendum est. Ergo fortiter pugnandum est.

II. *Causa Fortuita est, cum præter consilium & propositum efficienti aliquid evenit.*

[*Variè accipitur Fortuna. 1. pro causa efficiente fortuita cum efficiens non intendit in id, quod tamen postea accidit. Sic fossio dicitur fortuna, id est, inventio thesauri causa fortuita. Quæ significatio est huius loci propria.* 2. pro ipso eventu seu effectu fortuito; quo sensu causam dici potest minimè. 3. latè quatenus etiam comprehendit sub se casum. Alioquin Aristoteles ita distinguit; ut Casus in agente naturali; Fortuna verò in agente rationali spectetur: & casu efficiens sit, cujus actio sortitur aliquem eventum rariorem præter naturam institutum. Fortuna verò efficiens sit, cujus actio sortitur aliquem eventum rariorem præter ejus opinionem & consilium. 4. Pro causâ efficienti per se, sed occulta & nobis ignota: pro numine aut providentiâ divinâ; ut: cum poëta dicit, Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat;

Item

Nullum numen abest si sit prudentia: sed te  
Nos facimus Fortuna Deam cæloque locamus.  
Si fortuna volet, fies de consule Rhetor. &c.

[*Quamquam verò Fortuna nihil sit, nempe respectu Dei, quæ omnia gubernat: est tamen aliquid respectu hominum, quæ cum causas veras effectus fortuiti ignorant, fortuna tanquam causa fortuita vim illam adscribunt.*]

#### Exempla inventionis.

Causa Fortuita	—————	Effectum fortuitum.
Piscatores Milesii	—————	invenire aureum tripodem.
Hostis pugnans	—————	sanare Iasonem Pheræum.
Vinitor plantans	—————	Invenire thesaurum.

*Ex quibus conficiuntur axiomata ejusmodi.*

Hostis pugnans cum Iasone Pheræo ense despecto-

ca

tam ejus vomicam, quam Medici curare non poterant, aperuit, & præter spem Jasonem Pheræum sanavit. Vinitor plantans vineam effodiendo thesaurum præter intentionem suam invenit.

*Sed hujusmodi actiones verè esse fortuitas, ex vero scopo & sine effodientium intelligitur & disputatur, ut; Piscatores Milesii præter expectationem invenerunt aureum tripodem. Quia eo saltem fine, ut pisces caperent, piscabantur. Hostis pugnans cum Jasone præter spem, desperatâ ejus vomicâ apertâ, Jasonem sanavit. Quia eum in finem, ut ipsum interimeret, pugnabat. Vinitor præter omnem opinionem, thesaurum invenit. Quia propterea saltem; ut vineam plantaret, terram effodiebat.*

*Sic Deinaria Herculem, quod minimè sperarat, missa tunica sanguine Centauri tincta interficit, Cicero l. 3. de nat. Deor. Iudas Ischarioth, fortuita, Pharisei & Iudæi fuerunt causa nostre salutis. Quia nihil minus interficiendo Christum cogitarunt, quàm promovere salutem nostram.*

Ad causam fortuitam refertur & efficiens per ignorantiam & imprudentiam, cum temerè imprudenter & ignoranter quid committimus.

*Vt si quis telum collimet inferam: hominem autem eo in loco, ubi sera esse creditur, latentem occidat: dicitur is agere imprudenter & ignoranter, & efficiens est homicidii per ignorantiam. Sic si super caput viatoris decidens bipennis illum occidat: lignator est efficiens per imprudentiam, &c.*

Ex his facti venia peti, & deprecatio sumi solet, ut Cic. pro Lig. Ignosce pater, erravit, lapsus est, non putavit, si unquam posthac. Ille imprudens peccavit. Ergo illi se boni viri faciliores præbunt. Causæ fortuitæ in specie sunt hi CANONES.

I. Quæ fortunâ & casu fiunt, rara sunt.

Casus & fortuna sunt extra semper & frequenter: ut, rarissimè terram pastinans invenit auri scoriâ. Rarissimè inveniunt piscatores auri scoriâ.

reum tripodem.

II. A causa fortuita N.V.C. ut, *Iste abierit Francofurtum invenit in via thesaurum. Ergo abibo Francofurtum. Ergo inveniam etiam thesaurum.*

[Ad causam refertur etiam causa sine qua non. Quae tamen revera nomen cause, non rem habet. Eius enim vim non est. Aut si habet etiam vim efficiendi, ad veras causas reduci debet. Alias verius Conditio sine qua non effectui produci potest, sive adjunctum efficientis, quam causa dicitur. Ut secet ferra, duram esse necesse est. Nam sine duritia non fieret sectio: Et tamen duritia non secat, sed motus ad operandum apti corporis. Sine vestitu in forum non procedimus, sed tamen vestitus non est causa itionis. Medium in visione est conditio sine qua non fit visio, sed tamen visionis vera causa non est.]

#### ELENCHUS

Causae efficientis est, cum causa efficiens ad demonstrandum effectum adducitur, quae tamen vera causa non est.

*Dicitur Fallacia, τὸ ἀναρτῆς ὡς αἰτίης sectio, dum non causam, ut causam. (Quamquam haec in genere omnibus omnino causis attribui potest.)*

Ut cum I. genera causarum pervertuntur, ut cum finalis ponitur pro efficiente impulsiva: vel efficiens pro formali, aut materiali: ut, prodigalitate movet in prode, ut det tutorem. Ergo prodigalitas est finis constitutionis tutoris.

Hic confunditur efficiens impulsiva et finis. Prodigalitas enim non finis, sed causa impulsiva est constitutionis tutoris.

Justificamur propter fidem. E. non per fidem.

Hic confunditur causa instrumentalis cum impulsiva et merito.

II. Cum procreans ponitur, quae procreans vera non est. ut, infantes carent actu intelligendi. Ergo creati non possunt. Et per consequens nec baptizandi sunt.

[Est elenchus cause procreantis. Quia actus intelligendi non est.]

non est causa fidei procreans, sed potius impediens. Vera enim  
 & principalis fidei causa est Spiritus Sanctus, qui fidem per  
 lavacrum regenerationis in infantibus operatur. Tit. 3. Io-  
 han. 3.]

III. Cùm ponuntur causæ insufficientes pro suffi-  
 cientibus: vel solitaria pro concausis. ut, habeo ma-  
 gnum exercitum. Ergo vincam. Ille habet multos libros.  
 Ergo est doctus. Non est doctus, Ergo non habuit fidelem  
 præceptorem. Mansfeldius Dux Strigonium occupavit. Ergo  
 non exercitus ejus.

[Elenchus est concausarum, quia plura requiruntur ad  
 victoriam, eruditionem & doctrinam quam exercitus, Dux,  
 libri, præceptor.]

Huc pertinet & Epicuri illatio. Deus non habuit mi-  
 nistros neque instrumenta ad fabricandum mundum  
 idonea. Ergo mundum condere non potuit.

[Elenchus est causa instrumentalis, & adjuvantium.  
 Deus enim solitaria seu absoluta & immediata mundi cau-  
 sa est.]

IV. Cùm confunduntur causæ per se & per acci-  
 dens, ut, quidam ex Theologis male vivunt. Ergo Theolo-  
 gia mala est. Quidam ex scholasticis sunt immorigeri & ne-  
 quam. Ergo disciplina nulla est.

[Est elenchus cause per se & per accidens. Theologi enim  
 quod male vivunt fit per accidens. Theologia bona est per se.  
 Sic quod scholastici quidam immorigeri sunt, ex accidenti fit.  
 Idem elenchus est, cum quod ex accidenti convenit cause, trans-  
 feritur etiam ad effectum, ut: Orator est improbus. Ergo  
 & oratio ejus improba est. Est enim improbus ex acci-  
 denti. At qua ex accidenti cause insunt, ea in effecta trans-  
 ferri non est necesse.]

Hactenus de causa efficiente ejusq; modis. Sequi-  
 tur Materia.

## CAPUT VIII.

I. **M**ateria est causa, ex qua res (qua-  
 liscung; ) est (fit, existit, constat, facta  
 est, fiet.)

Dicitur



Dicitur Græcè ὕλη. Effectum verò ejus in specie appellatur Materiatum.

[Materia consideratio pro diverso considerandi modo pertinet, 1. ad Metaphysicam, quatenus est principium Entis, ut Ens est. 2. ad Logicam, quatenus est principium cognoscendi. 3. ad Phisicam, quatenus est principium generationis & corruptionis. II. Aristotelici Materiam sciunt Triplicem. 1. ex qua. 2. in qua. 3. circa quam. quibus tamen Materia ex qua verè causa, quia interna rei essentialis, quia cum forma rei essentiam constituit. Res qua verò ad subjectum referuntur. Et quidem Materia qua (quam solam accidentia habent) est subjectum recipientis. Materia circa quam, est subjectum occupans, vulgò obiectum. III. Materia prior est naturà quam forma respectu originis. Est enim fundamentum, ac quasi vehiculum, subjectum & receptaculum formarum. Omne autem subiectum prius est iis qua ei insunt. Perer. l. 5. c. 2. Forma autem potest dici materià respectu naturæ intendentis; Est enim nobilior. IV. Propria nota adeoq; forma Materia est, Ex qua res est. Quanquam hac tribuitur etiam aliquando Efficienti: Sed tum significat vel idem quod A, vel Ab, ut cum dico Ex patre & matre procreantur liberi: ex ebrietate gignuntur cades: vel idem quod Pro, vel secundum, ut, age ex arbitrio vel idem quod post, ut, ex die fit nox, ex puero vir. Vel idem quod Per, ut regeneramur ex verbo Dei. Nonnunquam etiam tribuitur Formæ; ut cum dico, res Phisica constant ex materia & forma. Quod verum est, quatenus res phisica accipiuntur conjunctim, non verò quatenus sumuntur separativim: seu compositum constat ex materia & forma, non quia forma est, sed quatenus compositi pars est. Alii dicunt Materia esse rem confusè, indistinctè, dare rei initium: Forma verò esse rem distinctè & determinatè; dare rei perfectionem & exedificationem.]

2. Estq; vel sensilis vel intelligibilis  
3. Sensilis est, ex qua constat materiatum compositum. Dicitur alias οὐρανός

πικη.

4. Estq;

4. Estq; vel compositionis, vel transmutationis.

5. Compositionis est, quæ actu manet in materiato: ut aurum est poculi aurei materia actu immanēs. Lana lanei panni.

[Dicitur aliàs & constitutionis, siue immanens vel permanens, quod ex ea permanente res componatur. Permanens autem dicitur secundum substantiam: Sed non permanens secundum accidens mutabile, i. Physic. text. 59. ut as in statua permanet: sed cum ex indocto fit doctus non permanet indoctus. Itaq; permanet materia natura, itemq; substantialis: non materia artis, & accidentalis.]

6. Materia transmutationis est, quæ non nisi potentia est in materiato: ut, ex semine transmutato nascitur animal, ex sanguine generatur caro, ex vino fit acetum.

[Dicitur transmutationis materia, quod ex ea prius transmutata res fit, aliàs etiam Transiens appellatur.]

7. Materia Intelligibilis est, ex qua materiatum in corporeum constat. Dicitur aliàs ἀσώματὸν &. Sic orationis materia sunt dictiones. Syllogismi materia sunt tres propositiones: sic intelligibilem materiam habent res Mathematica, triangulum, quadrangulum.

[Materia ab aliis distinguitur in primam, mediam & ultimam. Prima est, ex qua primo omnium fit aliquid. Dicitur aliàs remota Estq; prima vel absolute, vel certi generis. Illa vel est creationis, quæ proprie nulla materia actu, sed simpliciter non ens, quo Deus universam creaturam condidit: Vel naturæ siue generationis. Prima simpliciter analogia intelligitur, quando comparatur cum artis operibus vel remotiore omnium ceterorum. Certi generis prima vel est univoca, quæ est ejusdem generis, ut semen animalis

malis & sanguis in his qua sunt sanguinea est univoca materia animalium. Ex argento vivo fiunt metalla; Vel æquivoca, cum ex genere diverso fit diversum, ut ex carne vermis ex verme musca. Media materia est, ex qua post primam fit transitus in ultimam; ut ex cibo sanguis, ex sanguine (materia media) caro. Ultima est, ex qua uli inò res constatur aurum poculi aurei. Hac ex Dn. Libavio.]

Exempla inventionis  
promiscua.

Materia	_____	Materiatum
Corium	_____	calceus.
Farina	_____	Panis.
Costa Adami	_____	Eva.
Pannus	_____	Vestis.
Ferrum	_____	gladius.
Humus	_____	homo.
Aurum, pyropus,		
Ebur, argentum	_____	Regia Solis.
Præcepta		
Dialectica	_____	Dialectica.

Quæ ita enuntiantur: Ex corio fit calceus; ex farina panis; ex panno vestis; ex ferro gladius. Eva ex costa Adami facta est. Homo ex humo desumptus est. Regia Solis est aurea, argentea, ex pyropo & ebore. Dialectica materia sunt præcepta Dialectica.

Disputantur ex his quæstiones dubiæ argumentum tertio sumpto à Materia ad inferendum Materiatum. Thema: Eva recte dicitur Virago. Quia ex costa Adami facta est. Panis hic est triticeus. Quia è triticea farina confectus est. Gladius est præstantissimus. Quia è præstantissimo ferro confectus est. Regia Solis tota splendidißima est. Quia è auro, argento, pyropo & ebore micat.

Vicissim à Materiato ad arguendam materiam. Eva est costa Adami desumpta est. Quia virago est. Farina triticea est omnium excellentissima. Quia panis triticeus inde conficitur. Ferrum est metallum præstantissimum. Quia gladii inde præstantissimi fabricantur. Aurum, argentum, pyropus

pyropus & ebur sunt natura fulgidissima. Quia Regia Solis  
lucidissima ex illis extracta.

Sic: Adamus ex rubra terra efformatus est. Ex nihilo  
mundus creatus est. Omnis pullus ex ovo nascitur. Cerevi-  
sia è hordeo, aqua & lupulo constat. Ex quaestione & argumen-  
to tertio Syllogismus extruitur. Navis sunt faciendæ ex cu-  
presso, aut pinu domestica, aut ex larice sylvestri, aut ex abie-  
te & ex areis clavus potius, quam ferreis. Veget. Ex jaspide,  
saphiro, smaragdo, sardio, chrysolido, chalcedonio, sardonice,  
beryllo, topazio, chrysopraso, hyacintho, amethysto duodecim  
margaritu, & auro novo Hierosolyma extracta est, &c. Ma-  
teria sunt hi CANONES.

I. Unius rei potest esse una materia, aut  
plures. Ut poculi aurei merum aurum: vel au-  
rum aliqua portione argenti, eris, stanni mixtum:

II. Si materia est, materiatur esse potest:  
& contra: Si materia non est, materiatur  
(res, Physicè & ordinariè) fieri non potest. Ex  
nihilo enim nil fit. Ut habeo farinam & a-  
quam. Ergo possum pinsere panem. Non habeo  
ferrum. Ergo non possum condere gladium.

[Dicitur potest, & non est. Est enim Canon intelligendus  
non de actu, sed de potentia. Potest enim materia esse in-  
ers & efficiens otiosum. Dico Physicè: Quia valet iste Canon  
tantum in Artificialibus & Physicis. Deus hic exemptus est,  
qui non est alligatus ad causas secundas, ideoq; absq; præexi-  
stente materia condere potest.]

III. A materia affirmativè & negativè va-  
let consequentia; ut, Lignum est. Ergo potest  
esse mensa lignea. Lignum non est. Ergo nec men-  
sa lignea.

[Negatè à materia arguimus firmiter: Affirmatè non  
item nisi potestate.]

IV. Remota (negata) materia permanen-  
te, removeretur (negatur) etiam effectum ma-  
teria

teriatum. *Aurum non est. Ergo nec poculum aureum.*

[Secus autem fit in transeunte. Nam non valet. Non est farina. Ergo non est panis. Sed si valet. Non fuit farina. Ergo non est panis.]

V. Posito effectu materiato permanente ponitur ipsa etiam materia: ut, *mensa lignea est. Ergo lignum est.* Contra autem, Posito effectu materiato transeunte, necesse est materiato ipsam præcessisse: ut, *Panis est. Ergo aquam & farinam adfuisse necesse est.*

[Verum conseq. negativè non valet à negatione actus in existentia in utraque materia: Non enim valet. Mensa non est. E. lignum non est. Valet autem si negetur tantum potentia possibilitasq., ut, lignum non potest esse, Ergo mensa non est.]

VI. Negata materia, negatur & materiaturum: ut, *non habeo panes. Ergo tot homines satiare non possum.*

[Valet hic canon tantum in generatione & natura in creatione.]

VII. Qualis est materia, tale etiam est materiaturum. Nam

Materiae qualitate arguitur materiaturum. *Idola sunt ex lignis. Ergo & ipsa ligna sunt. Aurum est corruptibile. Quia constat ex materia corruptibili.*

[Corruptibile materia est corruptibilis, æternorum autem non. Intelligitur autem canon de materia absolute & respectu sui considerata.]

VIII. Diversæ materiae variant rerum dignitatem. ut, *gemma preciosior est silice. Pannus Anglicus præstat Giesseno.*

Pro materia namq; prestantia & qualitate materiati natura estimatur.

IX. Cui tribuitur materia, eidem etiam tribuuntur & partes & proprietates materiæ:  
*& contra.*

Cui adimitur materia, eidem adimuntur & partes & accidentia propria materiæ. ut, Angeli non habent corpus. Ergo nec carnem, nec ossa (partes corporis) nec ire, nec dormire, nec vigilare possunt (quæ sunt proprietates corporis.) Animæ non sunt constatae ex elementis. Ergo nec corruptioni obnoxia. Vas hoc est vitreum. Ergo fragile. Cælum constat ex materia concretionis. Ergo est corruptibile.

X. Unum & idem rationem habere potest & materiæ & efficientis, sed non secundum idem & ad idem. Sic filius Dei & materia efficiens est redemptionis generis humani. Efficiens quidem ut persona  $\text{Ἰεσοῦς Χριστός}$  placans patrem. Materia verò respectu sanguinis pro nobis effusi.

## ELENCHUS

Materiæ committitur quando I. Aut pro vera falsam assignamus; Aut 2. materiæ falsum materiatum attribuimus: ut, Ethica Aristotelis continet prestantissima præcepta de moribus. Ergo maximè prodest ad erigendas scientias.

[Est Fallac. Materia, quia præcepta Aristot. non suppediant materiam consolationis, sed illa ex solo Evangelio haberienda est.]

Aut 3. ex parte materiæ totum materiatum arguimus. Ut, res terrena in sacramentis est visibilis. Ergo totum sacramentum est visibile. Ille habet hordeum & aquam.

F

Ergo

Ergo habet bonam cerevisiam. Maxima enim pars adstritur lupulo bono.

Aut 4. quando materiae confunduntur: permanet cum transeunte, intelligibilis cum sensibili, substantialis cum accidentali: ut, Aurum manet in poculo exauro facto. Ergo & aqua manet in aëre ex aqua facta. Materialis non est sensibilis. Ergo & materia panni, non est sensibilis. Sic fuit Materia, sequitur Forma.

## CAPIT IX.

1. **F**orma est causa, per quam res est id quod est.

Græcè dicitur μορφή. Effectum verò ejus formatum.

2. Formæ officia duo sunt, i. rem per essentiam constituere & informare. rem per essentiam constitutam ab aliis distinguere.

Sic anima rationalis est forma hominis, & per eam homo est homo, & ab aliis simul creaturis omnibus distinguitur.

[Prius illud officium forma principale est. Ab eo enim & nomen & essentiam sive esse suum habet. Unde & ab informando informans dicitur, quia materiam informat, & sic perficit & determinat. Itemque entelechia actus sive perfectio: & λόγος & εἶσις ratio essentia seu quidditatis, qui aret essentiam & quidditatem absque. Posterius officium minus principale, adeoque consequens. Hoc ipso namque dum rem constituit, eandem ab aliis rebus omnibus discernit & essentialiter distinguit. Unde & differentia dicitur specifica sive διαγετανὴ divisiva, dividens à differendo, quod formatum differre faciat, sive ab aliis vidat & discernat. Quanquam enim etiam accidentia ab aliis distinguunt, id tamen fit non essentialiter, quod proprium forma est, sed accidentaliter.]

3. Est autem forma duplex: alia interna sive substantialis vel essentialis: alia externa sive accidentalis.

4. Forma interna sive essentialis est, quæ ipsam rei essentiã constituit. Quæ datur rei. Per quam res habet suum esse: est id primario quod est.

5. Estq; vel singularis vel communis.

6. *Singularis* est, quæ incommunicabilis est & certi individui propria. Ut *forma hujus Petri, Pauli. Dicitur etiam Numerica, & individuifica.*

7. *Communis* est, quæ aliis est communicabilis.

8. Estq; vel generica vel specifica.

9. *Generica* est, quæ multis speciebus competit. Seu: quam formatum habet à suo genere: ut, Anima Vegetans & sensiens est forma generica, quia tum homini, tum bestiis communis est.

10. *Specifica* est, quæ multis individuis competit. Seu; per quam formatum in certa specie constituitur.

*Dicitur Græce εἰδοποιητική. ut: Rationale est forma hominis, quæ multis individuis, Ciceroni, Petro, Paulo, &c. communis est.*

11. Externa sive Accidentalisa forma est



ma est exterior cujuslibet rei effigies  
*sic color corporis, scientia animi, figura exterior  
 hominis, animalis, scamni, mensae, lapidis, &c.*

[Alii definiunt dispositionem aut qualitatem quoad  
 totum vel formam vel materiam sequentem. Hac tamen  
 prius forma non est, sed potius accidens sive adjunctum. Sic  
 & alia divisiones forma. Alia sunt separabiles à mate-  
 Et illa quidem vel per se subsistunt; ut spirituales effigies  
 absoluta: vel dependentiam ad corpus habent; ut  
 ma hominis à corpore soluta. Alia inseparabiles, quae  
 materiam & subjectum existere non possunt; ut anima  
 tarum, bestiarum, forma lapidum, colorum &c. Alii addunt  
 formam exemplarem, qualis est idea in mente artificis  
 cuius imitationem ipse operatur: & assistentem, quae  
 intelligentiam dicunt esse formam caeli, similem nauae  
 quidem informanti, sed assistendo regenti navem. Verum  
 dua ad causam efficientem operantem & tuentem sive  
 servantem pertinent. Non enim rem constituunt, sed  
 constituta & esse completum habenti, superveniunt. Vi-  
 obiter hoc observandum: Formam & finem non  
 quam concurrere. Sic anima est forma hominis, quae  
 per eam corpus vivit. Est finis, quatenus corpus vivit  
 propter animam. II. Formam respectu operationum &  
 tuum naturalium esse causam efficientem: respectu ipsius  
 formam: respectu generationis finem, propter hanc enim  
 ducitur: eadem est effectum respectu primi efficientis: &  
 est respectu effecti formati. Per eandem res est & conservatur  
 interne. Per efficientem res est, & conservatur interne.]

### Exempla inventionis.

Forma	_____	Formatum.
Anima rationalis	_____	Homo.
Omnium partium con- figuratio & dispositio	_____	Corpus humanum
Actionum honestas	_____	Virtus.
Methodica dispositio	_____	Ars
Praeceptorum	_____	globus.
Absoluta rotunditas	_____	

Ex quibus componuntur axiomata è forma & formato huiusmodi: *Homo est rationalis. Corpus humanum omnium partium configuratione & dispositione constat. Virtus est actionis honestas. Ars est methodica preceptorum dispositio. Globus absolute rotundus est.*

Disputantur eadem argumento tertio à Forma ad arguendum formatum. *Thema: Homo est disciplina capax. Quia rationalis est. Corpus humanum est elegantissimi fabricatum. Quia omnium membrorum dispositione & configuratione constat exquisitissima. Virtus in se est laudabilis. Quia actionis est honestas. Dialectica est ars. Quia constat methodica preceptorum dispositione. Globus in quamlibet partem est volubilis. Quia absolute rotundus est.*

Vicissim à Formato ad arguendam Formam. *Anima rationalis est imago Dei. Quia homo est imago Dei. Omnium membrorum configuratio & dispositio in hoc corpore est exquisitissima. Quia est corpus humanum. Actionis honestas inter duo extrema consistit. Quia est virtus. Dialectica constat methodica preceptorum dispositione. Quia est ars. Figura absolute rotunda est volubilis. Quia globus.*

Sic *Figura calcei, vestis, turris, est forma calcei, vestis, turris. Deus per se iustus, verax, misericors est. Domus est quadrangularis. Stella non habent animam vegetativam & sensitivam. Iustitia suum cuique tribuit. Pigmæ non sunt homines, quia animam rationalem non habent. Humano capiti cervicem pictor equinam jungere si velit, & varias inducere plumas undique collatis membris, ut turpiter atrum, desinat in piscem mulier formosa superne. Horat. Formæ sunt hi CANONES.*

I. Posita sive affirmata forma substantiali, ponitur & affirmatur res ipsa: & contra: Destructa (cessante, remota) sive negata forma, destruitur (cessat, removetur) sive negatur res ipsa.

Forma enim dat esse rei. & Per formam res est id quod est: ut, Bucephalus habet animam sentientem. Est animal.

Petrus habet animam rationalem. Ergo est homo. Nihil  
 a Rhodonomori non est tributa forma bestialis. Ergo nec mutatur  
 in bestiam. Quadrangulus non est rotundus. Ergo non  
 globus. Vita hic est. Ergo animatum est. Vita non est. Ergo  
 nec animatum est.

[Huc pertinet & hac regula: Actus sine forma nullus  
 est. Intelligi, essentiali. Potest enim esse sine forma acciden-  
 tali: ut Baptismi forma substantialis, est ipsa immersio  
 aspersio qua fit in nomine SS. Trinitatis: sine hac Baptismi  
 actus nullus est. At immersio trina, item Exorcismus, sunt  
 de forma accidentali. Ergo sine his validus baptismus esse  
 potest. Valet ergo conseq. Nuptia sine consensu parentum  
 legitima copulatione peracta sunt. Ergo non rata sunt.]

II. Causa formalis (sive forma) simul  
 cum suo effectu (re formata.)

Est enim rei formatae ὁμοζοον & αὐτὴ ὁμοζοον  
 congenita & simul existens. Sic sanitas est  
 forma hominis sani, quatenus sanus est.

Homo non est prius sanus quam habet sanitatem;  
 prius habet sanitatem quam sit sanus. Corium calcei  
 effiguratum calceus demum dicitur. Vicissim ubi calcei datus  
 sunt nomine hoc indignum est.

III. Unius rei unica tantum est forma  
 sentialis seu specifica, (determinata certa ma-  
 ria, vel completiva.)

[Intellige de forma totius, non partium. Sic, bene  
 forma eidοντινὴν specifica est facultas ratio-  
 nandi: licet oculus, aures, nares, habeant inter se formas  
 tiales plures. Sic: non potest simul esse aliquid homo  
 quis: aer & aqua, calidum & frigidum. Mortale & ratio-  
 nale non sunt forma hominis specifica, quia mortale rebus  
 competit communiter.]

IV. Qui dat formam, dat etiam omni  
 consequentia formam.

[Sunt autem consequentia illa triplicia. I. esse rei. II.  
 distinctio rei. III. operatio propria. Sic quidam unum  
 animalium  
 nis ac  
 riden  
 hac r  
 verū  
 For  
 ca, c  
 eunt  
 V  
 [I  
 fectio  
 prior  
 quid  
 V  
 ma  
 I  
 quid  
 form  
 V  
 rit in  
 [S  
 tibus  
 tion  
 tang  
 V  
 a fo  
 [S  
 sunt  
 Ali  
 [S  
 form  
 potest  
 X  
 bilis  
 [C

anima cum corpore, dat esse hominis; dat distinctionem hominis ab aliis rebus; dat item operationes proprias potentiam scilicet videndi, loquendi, ratiocinandi, &c. Huc igitur pertinet & hac regula; Posita forma non tantum esse rei ponitur, verum etiam proprietates & differentia specifica. Item, Formam sequuntur proprietates formales & specificæ, quas occultas, totiusque naturæ & crascos in mistis dicunt.]

V. Forma est perfectior & prior materia.

[Perfectior, intentione naturæ. Materia enim imperfectionem expolit, & facit ut res sic accipiat speciem. Prior, prioritate dignitatis & præstantiæ. Est enim optimum quid bonum expectandum, Arist. l. i. physic.]

VI. A forma est perfectissima & exactissima rei scientia & demonstratio.

[In omni enim perfecta cognitione, oportet cognoscere quidditatem & essentiam rei. Hac autem aliunde non, nisi à forma, per eam enim res est, quod est.]

VII. Forma non conspicitur: non incurrit in sensus.

[Sensuum objecta sunt qualitates. Forma autem qualitatibus non sunt prædita. Sunt enim purus purus actus. Si rationalitas in homine non incurrit in sensus, non videtur, non tangitur: nisi à posteriori, per operationes logísticas.]

VIII. Omnis operatio & omnis actio est à forma.

[Materia proprium est pati & moveri; Passiones igitur sunt propria materia. Forma autem est agere & movere. Actiones igitur propriae sunt forma.]

IX. Forma non habet formam.

[Si enim haberet formam, etiam forma forma haberet formam, & sic progressus daretur in infinitum. Qui dari non potest.]

X. Omnis forma (specifica) est indivisibilis & incommunicabilis.

[Omne quantum est divisibile, 5. Metaph. t. 18. Nulla forma

forma est quanta (omnis enim quantitas à materia dependet.) Per accidens tamen forma dividi potest ratione subiecti in quo est, sive ratione materia. Sicut etiam ratione materiae dicitur pati. Zabbar lib. de gener. & corr. c. 9. Est incommunicabilis, ita scilicet determinata, ut suam tantum materiam informet, non alienam, neve de una in alteram migrare, in duabus distinctis materiis simul inesse possit. Ergo absurdi sunt, qui asserunt animas hominum migrare in corpora bestiarum, ut puta lycanthroporum, &c.]

XI. Forma non variatur gradibus, non recipit magis & minus, nec majus & minus.

*Sic rationalitas non est magis forma hominis in hoc, magis in illo.*

XII. Formæ diæresis specificæ & propriæ non tollunt formam συλλήβητιν communem sive generalem, sed eandem præsupponunt. Sic sentiens in animali bruto non tollit vitam. Non enim sequitur: sentit; ergo non vivit. & Rationale in homine non tollit animam sentiens. Formæ corporis humani non tollit formam mixtam.

XIII. Non est absurdum, eandem formam diverso respectu esse genericam & specificam: Sic forma mixtionis in vivente est generica. Quia etiam convenit non viventibus. Sed in cadavere evadit specifica, dum distinguitur a vivo corpore.

#### ELENCHUS

Formæ committitur. I. cum forma falsa ponitur pro vera. Ut, *impii non habent formam sacramenti* (pro forma vera.) Ergo etiam rem ipsam non habent (sacramentum ipsum.) Fides enim non est forma sacramenti: Quia non dat esse rei, nec tum re ipsa ingeneratur.

II. Cum forma communis sive generica ponitur

pro specifica seu propria, ut, *Equus habet animam sentientem. Ergo est homo.*

III. *Cum accidentalis ponitur pro substantiali. Ut, sine summo calore ignis esse non potest. Ergo summus calor ignis forma est. Calor enim summus tantum adjunctum ignis est, non forma.*

Sic fuit Forma: restat Finis.

## CAPUT X.

I. **F**inis est causa, cujus gratiâ (propter quam) res est.

Dicitur Græcè  $\tau\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ , &  $\epsilon\upsilon\epsilon\kappa\alpha$ : Effectum verò ejus Finitum, quod vi finis existit, appellatur, sive destinatum: Et est id quod ad finem spectat.

[Finis consideratur dupliciter, vel quatenus movet efficientem (movet autem non verè, sed metaphoricè, asserente Scalig. quatenus agenti injicit desiderium & amorem) vel quatenus est rei jam causis suis constituta & usus. Priori modo Finis omnes causas antecedit. At tum intentio tantum est sive cogitatio de fine; non causa, non finis ipse, sed efficientis quoddam adjunctum. Posteriori modo Finis prior non est, sed reliquas causas sequitur; quia est ipse usus rei. Usus autem est ultimus. Quanquam alii distinguant inter finem & usum, negant enim inhabitationem esse finem domus, sed usum. Melanchthon distinguit inter finem & causam finalem. Finitis, dicit, est ipse usus rei: ut finis calcei est munire pedem. Causa finalis est cogitatio de fine, deliberatio de usu, qua movetur agens in opere instituendo, ut fabricans navim movetur cogitatione de usu, ut talem fabricet, que sit idonea, transvectioni earum rerum, quibus indiget. Differunt etiam Finis & Eventus. Eventus est in causa per accidens. Finis est in causa per se. Differunt similiter finis & effectum, quod his exemplis patet: Ex conjugio procreantur liberi; effectum est. Conjugium inter homines constitutum est, ut procreent liberos; Finis est.]

F 5

2. Est q:

2. Estq; duplex, vel finis s̄, Cujus vel finis q̄, Cui.

[Definitio Finis tantum competit fini Cujus, qui vere proprie finis est. Finis vero Cui rectius ad subjectum, cui nitum adjungitur, referetur. Ut constructionis domus Finis cuius est inhabitatio: Finis cui est civis cui domus extrahitur. Vbi civem subjectum esse apparet. Interim tamen sine gratia distinctionem istam retinere saltem propter usum volumus.]

3. Finis s̄ Cujus est, quem efficiens intendit assequi.

4. Estq; principalis, vel minus principalis,

5. Principalis est, qui primario efficiente intenditur, ut procreatio sobolis finis conjugii principalis est.

6. Estq; vel ultimus sive summus vel subordinatus (ultimo) sive intermedius.

7. Ultimus sive summus est, ad quem reliqui omnes referuntur ( & in quo quiescunt: ) ut, Gloria Dei, artium: Bene tione uti, Dialectica: Bene loqui, Grammatica: Bene dicere, Rhetorica finis summus est.

8. Subordinatus est, super quem summus; seu, qui tanquam intermedius ad ultimum refertur: ut, fines intermedii Logica sunt argumenta invenire & inventa disponere: Rhetorica, elocutio & pronuntiatio. Artium fines intermedii sunt propagatio ecclesie, sustentatio honesta.

9. Finis minus principalis est, qui secundario ab efficiente intenditur: ut, *Coniugii finis minus principalis est solatium vite, vitatio pravarum cupiditatum, &c.*

10. Finis Cui est id, cui finis Cuius intenditur: *Sic ager est finis cui sanitas destinatur. Homo finis rerum naturalium.*

[Alii distinguunt finem in proprium seu adæquatum: & communem, ut, omnia propter hominem creata sunt: homo propter Deum. 2. In propinquum & remotum. *Vltis finis propinquus est corpus tegere, fovere, munire: remotior, ornare, in tempore necessitatis possessorem liberare.* 3. In finem per se, & per accidens, ut templum extruitur ad sacros cultus peragendos per se. Ex accidenti destinatur usibus sepeliendi. 4. In internum & externum: ille effectiois, hic rei effectæ, dicitur. *Sic finis artis duplex est, unus interius seu productionis operis, & est forma rei arte elaborata: Alter externus seu operis producti, & est utilitas quam tale opus prestat.* 5. Inter finem operis seu generationis, cuius gratia operatio suscipitur, & finem operantis seu rei effectæ, qui est ipse rei usus, &c.]

#### Exempla inventionis promiscua.

Finis	_____	Finitum seu destinatum.
Peccatores salvare	_____	Christi in mundum adventus.
Liberos procreare	_____	Coniugii institutio.
Sitim extinguere	_____	Potus.
Corpus nutrire	_____	cibus.
Disciplina	_____	castigatio.
Eruditio	_____	studia nostra.

Equus conficiuntur propositiones five Enuntiationes e fine & finito huiusmodi: *Christus venit in hunc mundum, non ut perderet, sed ut peccatores salvaret. Coniugium ad procreandos liberos institutum est. Ad sitim expellendam potus est. Propter nutritionem corporis cibus assumitur. Castigatio ad disciplinam conservandam instituitur.*

Studia



Studia nostra propterea persequimur, ut eruditionem inde consequi possimus.

Hinc etiam disputantur Quæstiones dubiæ argumento tertio à fine sumpto. Christi in hunc mundum adventus maximè fuit necessarius. Quia, ut peccatores saltem faceret, venit. Conjugiū institutio humano generi est necessaria. Quia ad propagationem sobolis institutum. Castigatio puerorum non temerè adhibenda. Quia ad disciplinam conservandam instituitur. Studia nostra diligenter pertractanda. Quia idèò persequimur, ut eruditionem consequamur.

Sic: Paulus Rom. 1. 16. ait: Non me pudet Evangelizari, quia est enim potentia Dei ad salutem omni credenti, 1. Cor. 13. Oportet esse hæses, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Le introiit, ut offensa augetur. Hac commone, testificans coram Domino ne contendant. Ad nihil enim utile est, nisi ad conversionem audientium, 2. Tim. 2. 14. Omnis Scriptura utilis inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, corrigendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, 2. Tim. 3. 16. Ut possent homines, surgunt de nocte latrones. Horat. lib. 1. pist. 2. &c. Finis sunt hi CANONES.

I. Si finis est, etiam destinatum seu finitum erit:

Posito fine, ponuntur etiam ipsa destinata seu media ad finem, & contra: Sublato fine (principali) tolluntur & destinata. ut, Si vis æterna vita potiri, via Christus est: Si Christum aufers, vitam æternam consequi non potes. Quia mihi divitiæ, si non conceditur uti? hoc est, si finem, id est, usum divitiarum & ipsas divitiæ sustuleris.

[Huc pertinet & hic Canon: Qui destinatus ad finem destinatus etiam ad media (ad finem scilicet illum deducenda.) Vbi tamen advertere illum tantum alere de fine potest & in eodem ordine permanente. Vel, si media sua natura ad hunc finem sint ordinata. Ut, V. C. Quos Deus ad vitam

ad vitam eternam destinat, illos etiam ad fidem & bona opera destinat, ad finem illum deducunt. Sed non V. C. Impii destinantur ad eternam damnationem propter peccata. Ergo etiam Deus illos ad peccata destinat. Fit enim hoc per accidens, non per se, &c.]

II. Finis principalis non tollit minus principalem (accessorium.) Ut N. V. C. Doctor Ecclesie debet docere, ut gloriam Dei illustret. (Finis principalis.) Ergo non debet accipere stipendium (minus principalis.) Uxor ducenda est procreanda sobolis gratia. Ergo uxor seni ducenda non est.

III. Unius rei possunt esse plures fines, sed subordinati (ordine certo concurrentes, vel gradibus differentes.) Itaq;

Uno fine remoto, non est necesse tolli quoque reliquos. Ut, Adulescens iste nobilis non studet propter adminiculum vite. Ergo studia ei sunt abijcienda. Opera bona non exiguntur a nobis, ut per ea justificemur coram Deo. Ergo omnino prestanda non sunt. Sunt enim alii plures tum studiorum tum bonorum nostrorum faciendorum fines.

IV. Propter quod unumquodque tale est (expetitur) illud magis tale est (magis expetitur & prestantius habetur.)

Finis namque semper est prestantior & nobilior destinato sive mediis ad finem: ut, Ille appetit vetulam propter pecuniam. Ergo pecuniam magis appetit. Sic victoria est prestantior bello.

[Attende Canonem hunc certum & verum esse I. Si affectio secundum quam duo comparantur, ambobus insit. II. Si affectio recipiat magis & minus. III. Si id quod inest utriusque

urique sit synonymum. Valet itaque de fine universaliter. Itemque in causis sufficientibus totalibus per se, ut propter eruditionem vigilias aliosque labores expetit. Ergo eruditionem magis appetit. Aeternus pater nos diligit propter filium. Ergo Filium magis diligit. Non verò valet. 1. in causa formali. ut, homo est propter animam. Ergo anima magis est homo. 2. neque in causa materiali, ut, hac domo lignea Ergo lignum est magis ligneum. 3. neque in materia principalibus per accidens; ut, Eobanus Hessus est poeta propter preceptorem. Ergo preceptor est magis poeta. Illa sanat propter vinum. Ergo vinum magis insanit.]

V. Omnia quæ sunt & quæcunque agunt propter finem sunt & agunt.

[Deus enim & natura nil faciunt frustra, Arist. l. 1. anim. 5, Quod frustra est, finem non habet, Scal. exerc. lect. 1.]

VI. Omnis finis necessariò rationem boni habet.

Finis & bonum convertuntur.

[Finis est quod maximè volumus. Volumus autem semper per bonum (vel reuera, vel apparenter.) Omnia enim appetunt bonum, 1. Ethic. 1. Itaque in malis non rectè dicitur finis, nisi per translationem. 5. Metaph. 13. & totum omne caret efficiente & fine. Dionys. l. de div. nom.]

VII. Actiones distinguuntur finibus.

Qualis finis, talis actio.

Causæ finales faciunt discrimina actionum.

Sic virtutes gentilium & Christianorum distinguuntur sine. Quia ista non directè ad gloriam Dei, &c. Itaque

VIII. Cuius finis bonus est, id ipsum etiam bonum esse censetur. Et contrà. Ut, finem artium boni sunt. Ergo & ipse artes bonæ erunt.

[Intellige autem hic bonum per se, non per accidens. Potest enim alterius rei finis bonus esse per accidens, &c.]

*non res ipsa suo genere bona non est, ut, morbi, calamitates, mors, &c.*

IX. Finis non ingreditur essendi rationē.

[Est enim causa externa & non interna essentiam constituens. Intellige, quatenus cum forma non coincidit.]

X. Acquisito fine, cessat ratio causandi.

In fine namque ultimo terminatur & appetitus & operatio efficientis. Ut, finis studiorum est eruditio, qua acquisita, studia negliguntur.

## ELENCHUS

Finis committitur. I. Si ponitur falsus pro vero: ut, Adulterium Davidis, & incestus Lothi in sacris literis commemorantur. Ergo sunt imitanda. N. V. C. Peccata enim sanctorum non sunt imitationis, sed emendationis; Ambros.

II. Cū finis principalis opponitur minus principali, sive secundario: ut, Deo gratis serviendum est. Ergo non conferenda sunt ministris Ecclesia stipendia.

III. Cū finis aberrans (abusus) transfertur ad rem ipsam (usum) tollendam: ut, vinum bibitur ut inebriet. Ergo malum est. Sophista utitur Dialectica ad fallendum. Ergo Dialectica est mala.

IV. Cū ē diversarum rerum finibus duobus aut pluribus unus apprehenditur, alter rejicitur: ut, Iudaei faciunt id quod Deus vult, dum Christum crucifigunt. Ergo non peccant. Christus versatur cum peccatoribus. Ergo & ipse peccator est.

V. Cū finis actionis absq; formali, seu vero modo agendi urgetur. ut, Multa bona opera sunt bona intentione in honorem Dei. Ergo sunt cultus Dei. At deest his formale, nempe fides, &c.

Hucusq; de causa; sequitur Effectum seu causatum;

## CAPUT XI.

I. Effectum est argumentum absolute consentaneum, quod ex causis existit.

Græcō

*Gracè dicitur αιπατον Causatum.*

[Communiter dicitur promiscuè effectum vel effectum  
Quamquam effectus videatur habere significationem  
neraliorem, ut qui comprehendat effectum & motum  
etiam rem, sed effectum specialius signat id quod existit, cau-  
etiam cessantibus, Ita & eventus usurpatur & eventus  
Dn. Libar.]

2. Estq; pro diversitate causarum  
quadruplex: 1. In specie, effectum effici-  
cientis. 2. Materiatum. 3. Formatum  
4. Finitum seu Destinatum.

[Effectum accipitur dupliciter. 1. Specialiter &  
prie competit tantum causa efficienti, quatenus scilicet  
efficiente existit. 2. & sic pro modis efficientis, etiam  
etum variat, ut sit conservatum, procreatum totale, partiale  
&c. Generaliter per synecd. speciei pro genere, pro causa  
quovis, quodè quavis causa existit; & ita respectu materiatum  
appellatur materiatum, respectu forma, formatum, respectu  
finis, finitum.]

3. Effectum efficientis est, quod  
causa efficiente existit.

Huc referuntur I. Motus & res motu  
facta. Hæc enim effecta sunt efficientis quod  
mover.

Sic creatio & conservatio mundi, angelorum & hominum,  
num, sunt motus seu res motu facta, vel effectum Dei. Terra  
fecundare, cælum illustrare & calore fervere, solis: procreare  
liberos, parentum effectum sunt. Sic artes & instrumenta  
mechanica quæ vis effectum sunt artificum sive auctorum  
ea primum invenerunt.

[Motus accipitur hic generaliter pro cujuslibet rei commo-  
tione. Sic edificatio est motus, ambulatio, cytharæ plura  
tio &c. Non enim consideratur hic tantum quatenus est  
naturalibus, verum etiam quatenus fingitur esse. Alii  
ista motus species generatio, corruptio, &c. de quibus  
supra]

suprà, in physicis naturaliter specialiterq; considerantur. In Logicis verò logicè: non quidem ut notiones secunda, seu termini logici, sed ut notionum exempla.]

II. Consilia, cogitationes sive deliberationes, etiam si ad exitum perductæ non fuerint.

Hæc enim effecta mentis sunt deliberantis, cogitantis, consulentis. Sic conjuratio de Imperio Romano evertendo est effectum Catilina, Lentuli, Cathegi, Gabinii & aliorum, à quibus prodiit. Senatusconsulta, leges, decreta sunt effecta Senatorum, Legislatorum, Principum.

III. Dicta & scripta, quæ effecta sunt eorum qui dicunt & scribunt.

Sic benedicere & scribere sunt effecta Demosthenis, Ciceronis. Nosce te ipsum, effectum est oraculi Delphici.

[Nota. Dicta & scripta cum proficiscuntur à suis autoribus dicentibus & scribentibus sunt effecta, & arguunt causam efficientem. Quod si verò dictis illis aut scriptis aliquid arguatur & probetur, arguunt testantem, & sic referuntur ad Testimonium.]

IV. Virtutum ac vitiorum operationes sive vires effecta etiam sunt.

Sic, suum cuiq; tribuere effectum est justitia: Operta recludere, spes jubere efferatas, in pralia inermes trudere, animis timorem eximere, artes docere, &c. ebrietatis: dilapidatio opum & egestas, luxus.

V. Denique laudes & vituperationes, (propter virtutes vel vitia, res gestas bonas vel malas) ad effecta referuntur.

[Attende interim diversum respectum: Quatenus vi causarum laudes & vituperia existunt, eatenus effecta sunt. Quatenus verò præter essentiam alicui accedunt, adjuncta sunt. Sic quando tu laudaris, laus est adjunctum tuum: Quando verò tu alium ob virtutes suas laudas, laus tuum effectum est.]

4. Porro Effectum materiatum quod à materia existit. *Panis est materiatum farina: gladius ferri: Vestis panni: ceus corii, &c.*

5. Formatum est, quod à forma est. *Homo est formatum rationis sive animi rationalis. Actionis honestas, virtutis.*

6. Finitum est, quod ad finem ordinatum est. *Navigatio est finitum lucris: Conjugium procreationis liberorum.*

Exempla inventionis promiscua:

Effectum sive causatum	_____	Causa.
Cecis visum, surdis au- ditum, &c. restituere	_____	Messias.
Emundare ab omni peccato	_____	Sanguis Christi.
Navim extruere	_____	lignum.
Homo	_____	ratione prae- ditus.

Ex quibus enunciata è causa & causato conficitur. *Messias cecis visum, surdis auditum restituit. Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. E ligno navis extruuntur. Homo ratione prae-  
ditus est.*

Iisdem disputantur Quaestiones dubiae argum-  
dueto à causato. *Thema: Christus est Messias. Quia  
visum, surdis auditum restituit. Sanguis Christi est pre-  
siosissimus. Quia nos à peccatis emundat. Lignum habet  
Quia navim extruxit. Ratione prae-  
ditus est. Quia est ho-*

Sic: *Virga & correptio tribuit sapientiam. Puer  
qui dimittitur voluntati suae, confundit matrem suam, Ps.  
29. 15. Qui tundit lac, efficit butyrum. Qui valide emun-  
dat, Ioh. 6. 63. Et genus & formam regina pecunia dicitur  
Horat. Plura exempla in causis singulis habuimus. Effi-  
leu causati sunt hi CANONES.*

I. <sup>in effectu</sup> Posito causato necesse est causam esse vel fuisse: Ut domus est. Ergo necesse est esse materiam e qua constet. Ergo necesse est fuisse artifices. Est homo. Ergo habet corpus. Appetit navigationem. E. & lucrum.

[Esse in causis permanentibus, Fuisse in causis transeuntibus. Quia causa interdum durat cessante causato, Sic, sartor & sutor possunt esse, extinctis vestimentis & calceis. Et contra: Interdum causatum durat cessante causa. Ut adificium manet extincto architecto.]

II. Cujus effectus bonus est, id non potest esse toto genere malum. Ut eruditio honesta est & utilis. Ergo & schola & institutio. & contra: Cujus effectus malus est, id toto genere bonum esse non potest: ut, Fruges ex agro non nascuntur bone. Ergo nec fundus bonus est.

[Intellige prius, quatenus talibus efficientibus bonis conformantur, & non extrinsecus corrumpuntur: alius optimi patris potest esse pessimus filius.] Itaque

III. Impossibile est causam effectricem totalem genere suo deteriore esse effectui: ut, V. C. Deus plantavit aurem, Psal. 94. Ergo & ipse audit. Creatura sunt intelligentes. Ergo & Deus creator intelligens erit.

[Huc pertinent & hi Canones. 1. Nullus effectus excedit virtutem suæ causæ. 2. Quicquid est in effectu, præexistit in causa (effectivè vel affectivè; formaliter vel virtualiter sive eminenter. Sic Sol licet formaliter non habet calorem, habet tamen eminenter, hoc est aliquid calore longè dignius, puriss scilicet lucem.) 3. Nihil dat quod non habet. 4. Nihil agit ultra speciem suam, seu essentia proportionem. 5. Talis effectus, qualis causa. Excipe, nisi fuerit per accidens & universalis. N. V. C. Deus est infinitus. Ergo & homo. Poeta est & bonus. Ergo

B:



*bona poemata facit. Ibi enim Deus est causa universalis. Et  
verò poeta & bonus per accidens coherent. 6. Effectum  
deficientium non est quærenda causa efficiens, sed  
efficiens. Peccatum non est effectus, sed defectus: deformatio  
scilicet creatura Dei. Ejus igitur causa non est in causa pro  
quærenda.]*

IV. Cui convenit effectus, eidem & causa  
convenit. Et contra. Ut, ille tribuit unicuique  
quod suum est. Ergo justitia præditus est. Ille con-  
stituta absunit. Ergo prodigius est.

V. Posito effectu probabiliter instru-  
ta ponuntur. Et contra. Ut, est doctus. Ergo  
bibit libros. Conscribit magnum exercitum. Ergo  
habet commeatum.

[Probabiliter. Non enim est hæc argumentatio  
ctica, sed probabilis. Potest enim aliter esse.]

## ELENCHUS

Effectorum committitur, cum vitiosa effecta  
veris ponuntur. ut, Dialectica Ramificat Calvinista.  
Ergo in scholis non est docenda. Lutherani damnant  
mortuorum. Ergo sunt hæretici: Divitia excludunt homines  
è regno caelorum. Ergo sunt mala. Multas erogat elemosinas.  
Ergo erit beatus. (Hic ponitur effectum accidentarium  
pro per se.) Caro Christi non vivificat infideles. Ergo  
infideles non accipiunt carnem Christi in cæna. Est elenchus  
effecti, propter subjectum non idoneum. Caro enim Christi  
semper vivificat, modo subjectum sit accommodatum & idone-  
neum. Vivificat non quoslibet, sed tantum credentes. At  
veritas rei cum opposita possint esse effecta, sed in diversis subjectis.  
Effecto in adverso subjecto negato, res ipsa tamen, que est  
effecti causa, negari non potest. Virium enim in subjecto est  
in agente, Busch. l. 2. Sol. Sophis. cap. 3. Huc quadrat illud  
Scalig. Omne receptivum recipit per modum recepti-  
vitas, non per modum imprimentis.

Hactenus de argumentis absolute consentaneis  
causa & effecto: sequuntur modo quodam consentaneis  
ne, subjectum & adjunctum.

## CAPUT XII.

1. **S**ubjectum est argumentum modo quodam consentaneum, cui aliquid adjungitur.

Dicitur Græcè ὑποκείμενον: Subjectum verò à subjiciendo (quòd adjuncto tanquam fulcrum, cui innitatur subjiciatur & substernatur.)

[ Accipitur subjectum dupliciter vel πρὸς ὑπαρξίν quoad existentiam, vel πρὸς τὴν κατηγορίαν quoad prædicationem, hoc est, quatenus in aliquo axioma subjicitur, & tum à Ramo appellatur axiomatis pars antecedens. Sicut prædicatum consequens. In priori significatione hic accipitur, altera ad iudicium pertinet. Philippus nominat speciem, sed valde improprie. Non autem subjectum tantum est substantia, & adjunctum tantum accidens. Differunt enim tanquam genus & species: Quia omnis substantia est quidem subjectum suorum accidentium: sed non omne subjectum est substantia. Sic virtus est subjectum laudis, locus rei locata. Et tamen nec virtus, nec locus substantia sunt, sed mera accidentia. Quando verò modo quodam consentanea dicuntur, consensio hæc accipienda est de consensu proximo post essentialem primum, ut sit consensus simplex, qui statim profuit ex absolute consentaneis, & sequitur substantiam, non autem est pars substantia, nec eam causando producit. Alioquin & alia argumenta consentanea dicenda essent, quod notat Dn. Libav. libr. 1. Dial. Phil. Ram. fol. 103.]

2. Estq; vel recipiens, vel occupans.
3. Recipiens est, quod adjunctum recipit.
4. Estq; vel recipiens in se, vel ad se.
5. Recipiens in se est, quod adjunctum

ctum recipit in se. Sic anima est subiectum scientia, ignorantia, virtutis, vitii, &c. Corpus pulchritudinis, deformitatis, sanitatis, morborum, roboris, &c.

[Dicitur aliis subiectum inhaerentiae, primum recipiens, seu receptivum.]

6. Estq; vel proprium, vel commune.

7. Proprium est, quod cum adjuncto reciprocatur. Sic, homo est subiectum risibilitatis. Ovis balatus, canis latratus.

[Dicitur Zabarell. subiectum adaequatum.]

8. Commune est, quod cum adjuncto non reciprocatur. Sic paries est subiectum albedinis, quae tamen aliis etiam subiectis disparatis tribui potest.

9. Subiectum recipiens ad se et quod adjunctum recipit, ad, vel circum se. Sic homo est subiectum divitiarum, paupertatis, honoris, vestitus. Dives, amicorum multorum. Christus corona spineae, arundinis, purpure.

[Dicitur aliis subiectum adherentiae.]

Hac pertinet & locus, qui subiectum rei locatae. Sic Stella sunt in caelo tanquam subiecto loco: Volucres in aere: segetes in agro: civis in urbe: incola in regione: fenum in prato.

[Accipitur autem locus generaliter pro spacio cuiuslibet rei logicae. Huc ergo pertinent discrimina loci supra, infra, ad dextram, ad sinistram, ante, retrò, post. ut esse in m.

vi, in terra, procul à mari, propè mare, in ripa, in urbe, in scho-  
la, &c.

10. Subjectum occupans est, circa quod adjunctum occupatur. *Dicitur vulgò objectum vel materia circa quam.*

Sic sensilia sunt objecta sensuum. Color est sub-  
jectum visus: sonus auditus: sapor gustus: odor  
olfactus: calor, frigus, humor & siccitas tactus.

Sic res virtutibus & artibus propositæ virtutum,  
& artium subjecta sunt: agri, fundi, vinea, &c.  
litigantium: vina Bacchi: ignis Vulcani: bella  
Martis: Poma Pomona, &c.

[Alii addunt distinctionem subjecti occupantis per se, cir-  
ca quod adjunctum sua natura versatur, ut visus circa colo-  
rem: & per accidens, circa quod ex accidenti versatur, ut,  
voluntas circa malum sub persuasione boni. Alias enim sua  
natura fertur semper ad bonum. Alias subjecti distinctiones  
vide apud Dn. Libav. alleg. loco.]

#### Exempla inventionis promiscua.

Subjectum	_____	Adjunctum.
Virtus	_____	honestas.
Sol	_____	Lux.
Animus malitiosus	_____	crines rubri, nigri os, &c.
Ventus	_____	nauta.
Tauri	_____	arator.
Vulnera	_____	miles.
Oves	_____	Pastor.
Morbis	_____	medicus.

Ex his conficiuntur axiomata è subjecto & adjun-  
cto. Virtus est honesta. Sol est lucidus. Animi malitiosi  
indicium sunt crines rubri, &c.

Nauta de ventis, de tauris narrat arator.

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

Morbis exercetur Medicus.

His ipsis disputantur Quæstiones dubiæ, argumen-  
to ter.

to tertio à subjecto ad arguendum adjunctum & contra. *Thema: Honestas actionis facit viros laudabiles. Quia virtutis individua est Comes. Lux diem illustrans est omnia lucidissima. Quia est solis propria. Zoilus est malitiosus. Quia est crinis ruber, niger ore, brevis pede, lumine lapsus. Columbus fuit peritissimus nauta. Quia ventorum naturam perfectissime novit enumerare, &c.*

Sic: Rom. 2. 15. *Gentes ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Rom. 7. 17. *Scio quod in me non habito bonum. Pigmei sunt scientia capaces, quia homines sunt.* *Forma bonum fragile: Est enim corporis. Infelix civitas ubi multi Medici & Icti sunt; Multam enim & interperantiam & rixas in ea versari necesse est. In amore omnia haec vitia insunt injuria, suspiciones, inimicitia, inducia, bellum, pax rursus.* Terent. in Eunuch. *Tractant fabrum fabri.* Horat. *Canes quia odores exquisitè sentiunt, sagaces mihi sunt, &c.* Subjecti sunt hi CANONES.

I. Posito subjecto, necesse est poni adjunctum, ut, David est homo. Ergo est scientia capax. E. est naturali mentis corruptione praeclitus.

[*Alii ita efferunt: Cui tribuitur subjectum, eidem etiam tribuitur adjunctum. Intelligere non adjuncta omnia, sed imprimis propria & essentialia, quae cum subjecto recipiuntur. Communia vero ponuntur modo quoquam generatim vago, & indeterminato.*]

II. Sublato seu destructo & negato subjecto, tolluntur & negantur etiam adjuncta, ut, Pigmei non sunt. E. non pugnant cum grivibus. Mortui non sunt (existunt.) Ergo nec miseri sunt. Purgatorium non est. E. nec calidum est.

[*Huc pertinet & haec regula Philip. Destructo subjecto pereunt accidentia. ut, in statua non est mens. Ergo non notitia. Rei enim non existentis nulla sunt accidentia, nulla qualitates; & impossibilis est accidentium subsistentia sine subjecto.*]

III. Quale subjectum, tale etiam adjunctum.

*Etum, ut, anima est incorporea. Ergo & scientia. Honor tribuitur artibus. Ergo & Magistris eas docentibus. Nam quod recte tribuitur subjecto, tribuitur etiam adjuncto.*

IV. *Si subiectum recipiens sit, res ei ad-  
iungi poterit: Sin minus, non potest. ut, se  
habet mentem, doctrine capax eris. Sin minus,  
non eris.*

V. *Idem subiectum capax est contrario-  
rum, sed tamen diverso tempore, & in gradi-  
bus remissis. Sic, corpus recipit in se motum &  
quietem. Anima amorem & odium, scientiam  
& ignorantiam. Aqua calorem & frigus.*

VI. *Posito corpore (merè physico, aut alia  
quacung, re finita,) necesse est eidem attribui  
locum (Physicè.)*

*Nullum enim corpus Physicum seu res finita  
simul esse potest in pluribus locis.*

*[Loquitur tanon de corpore merè physico, naturali & cor-  
ruptibili. Alia autem est ratio corporis Christi, quod etsi sit  
corpus verè naturale, tamen non est merè naturale, sed ipsius  
filii Dei corpus.]*

## ELENCHUS

Subjectorum committitur, I. *Cùm falsum subje-  
ctum ponitur pro vero. ut, Infantes Iudaorum & Tur-  
carum non sunt nati ex parentibus fidelibus. Ergo non bap-  
tizandi. Baptismus enim pertinet ad omnes qui sunt caro de  
carne nati.*

II. *Cùm confunditur subiectum proprium &  
commune. ut, Oratio pertinet ad Grammaticam. Ergo non  
ad Rhetoricam. (Pertinet enim ad utramq, sed diverso re-  
spectu.)*

III. *Cùm confunditur subiectum inhærentiæ &  
adhærentiæ. ut, iste puer habet caput rotundum. Ergo erit*

doctus & sapiens. (Sapientia enim est in anima, non in corpore.)

IV. Cùm à subjecto contingente affirmamus & negamus adjunctum: ut, Eruditio latet in libris inauratis. Petrus non habet libros inauratos. Ergo non habet eruditionem. (Libri enim inaurati non necessarium sunt subjectum eruditionis, sed contingentem.)

V. Cùm confunduntur subjectum occupans se & ex accidenti: ut, Circa ligna occupatur. Ergo est fenerator lignarius. Vinum tractat. Ergo est Oenopola. Petrus est saturus Giessa. Ergo evasit doctus. (Non est affectio petri inter Giessam & eruditionem.) &c.

Hæc de Subjecto; sequitur Adjunctum.

### CAPUT XIII.

1. **A**djunctum est argumentum modo quodam consentaneum, cuius ad aliquid subicitur.

[Dicitur ab adjungendo sive adjacendo. Subjecto enim adjungitur sive adjacet, eidemque vel inest, vel adest & circumstat, unde & Adjectum ab aliis dicitur, vel adjacens inter accidens. Quæquam alii adjuncta vocant, quæ foris adjacent, ut vestes, arma; Adjacentia verò locum & tempora quas circumstantias nominant. Accidens autem ad substantiam dici, ut sit id cui substantia subjacet.]

2. Estque vel receptum vel occupatum.

3. Receptum est, quod à subjecto recipitur.

4. Estque vel internum (inherens, receptum in se) vel externum (adherens, receptum ad, vel circum se.)

5. Internum est, quod ipsi subjecto inheret.

inhæret: vel, in subiecto existit. Sic, eruditio, scientia, virtus, vitia sunt adjuncta interna anime. Pulchritudo, sanitas, robur, deformitas, morbus, corporis.

6. Estq; vel proprium vel cōmune.

7. Proprium est, quod uni soli subiecto semper & necessariò inest.

Sic risibilitas est adjunctum proprium hominis: Mugitus taurorum: latratus canum: batus ovium: rugitus leonum: hinnitus equorum: cuculatus cuculi: sibilatus serpentis: bombilatus apis: gemitus columba: crocitus corvi: gratitatus anseris, &c.

[Ab aliis dicitur proprium simpliciter, quod uni per se & primum convenit. Proprium verò secundum quid dicitur, quod uni tantum convenit, sed non omni, vel etiam non semper, ut fieri heroicum bellatorem. Canescere competit uni homini, at non omni, neque semper. Vide sup. in predicab. Modos proprii. Ad proprium refertur & Essentiale, sic dictum, quod vel à subiecti essentia statim ebulliat, vel ab eadem separari non possit.]

8. Commune est, quod pluribus subiectis pariter, (sed contingenter) inest.

Sic albedo inest & cyano & parieti: nigredo & Ethiopi & corvo.

[Huc pertinet & Accidentale, quod rei accidit ita, ut liceat ab ea separari, nihil tamen necesse sit essentiam corrumpere.]

9. Estq; vel separabile, vel inseparabile.

10. Separabile est, quod facilè à subiecto separatur, ut, Calor ab aqua. Notitia à



ria à mente, sanitas & morbus à corpore

II. Inseparabile est, quod à subiecto separari non potest, (aut difficile potest.) *Vt nigredo à corvo: humiditas à aqua: calor ab igne.*

[Alii distinguunt inter commune perpetuum seu immutabile, quod à subiectis suis nunquam separatur, ut bipedem est adjunctum perpetuum hominis, umbra corporis opaci: gloria virtutis. Et mutabile, quod contingit subiectis pluribus mutabiliter. Philip. communiter dicitur Accidit ut albedo in cane, ligno, marmore.]

12. Adjunctum Externum est, quod subiecto adhæret vel circumstat. Quod à subiecto recipitur, ad, vel circum se. *Sic vestitus, divitiæ, paupertas, sunt adjuncta hominis externa. Premia virtutis Rubor vespertinus futura serenitatis.*

Ad adjunctum externum refertur & contentum, res locata, iisdemque adjacens tempus. Contentum enim, res locata, sunt adjuncta continentis & loci. *Tempus verò commune est adjunctum rerum omnium: & nihil aliud est quam duratio (spacium durationis) rerum præterita, præsens, & futura. Sic Adami adjunctum tempore res quedam gesta explicantur, Genes. Adamus erat natus Annos 150. quando genuit Seth, &c.*

[Tempus propriè pertinet ad Physicam. Hic verò consideratur, quatenus est commune adjunctum omnium rerum que facta sunt, fiunt, & futura sunt. Tractatur autem in Logica, non ut notio secunda, sed ut notionis secundæ exemplum singulare, quo præceptum adjuncti communis declaratur.]

tur. Alii hic per dichotomias distinguunt *Adjunctum* externum in conuexum, quod cum *subjecto* est vel fit, ut *ecclipsis Solis*, *passionis Christi*. Et comitans, quod rem comitatur. Et hoc vel *Antecedens*, quod rem antecedit, vel *Consequens*, quod rem consequitur. Vt *matutinus rubor* est signum *serotina pluvia*. *Lunam albam* sequitur *serenitas*. Huc ergo pertinet locus à signis, quibus indicantur res signatæ. Et vulgò duplicia statuuntur *Necessaria*, *τεμπήρια*, qua vel semper vel ut plurimum rem signatam arguunt. Et *contingentia* seu *verisimilia*, *εὐλόγητα*, qua certitudine & fallacia se perinde habent. Item locus à *connexis*, *adjacentibus*; *utili & inutili*; *possibili & impossibili*; *necessario & contingenti*; à *priori & posteriori*; *honesto & absurdo*; *Antecedente & consequente*, (quanquam horum vis in varia etiam argumenta dispersa sit.) Similiter ex *pradicamentis* *Quantitas & Qualitas* simplex: *accidens relationis*, in quantum accidit, *Passio*, *Habere*, *Situs*. Ex *locis personarum*, *sexus*, *genus vite*, *disciplina*, *etas*, *mors*, *eventus post mortem*, &c. Nec non ex *Pradicabilibus*, *proprium*, *differentia specifica*, quatenus significat *rationem inhaerentem essentia rei*, *accidens*, &c. Hac enim omnia *adjuncta* sunt, *adjunctorumque* rationem habent.]

13. *Adjunctum occupatū est, quod circa suum obiectum occupatur.*

*Sic oculus est adjunctum occupatum colorum.*  
*Medicus agroti: preceptor discipuli: iudex iustitia: Grammatica puri sermonis: Rhetorica ornatus: Christus publicanorum & peccatorum.* Sic omnes artifices sunt *adiuncta occupata* *subjectorum*, que sibi in arte sua tractanda sumunt.

Exempla inventionis promiscua.

Adjunctum	_____	Subjectum.
Scientia & virtus	_____	anima.
Honor, diuitia	_____	homo.
Rubor vespertinus	_____	castina serenitas.
Chirurgus	_____	vulnera.
Christus	_____	Publicani & peccatores.

Ex qui-

Ex quibus conficiuntur enunciata hujusmodi. *Scientia & virtute praeclara est anima. Homo est dives & honoratus. Crastina serenitatis index est rabor vespertina. Chirurgus in curandis vulneribus occupatur. Christus a peccatoribus & publicanis versatur.*

Iisdem disputantur Quaestiones dubiae, argumto tertio ducto ab adjunctis ad arguenda subiecta. *Thema: Anima ad imaginem Dei condita est. Quia scientia & virtutes divinae ei insunt. Homo ille est magnificus. Quia est honore insignitus & divitiis praeditus. Caelum erit coelum serenum. Quia vespere rubuit. Antonius vera curat. Quia est chirurgus. Christus publicanorum peccatorum salutem quasi vit. Quia cum iisdem fuit eandem finem conversatus. Adjunctorum sunt hi communi*

## CANONES.

I. Posito adiuncto, necesse est praerogative re subiectum: ut, *In Platone est scientia. Est anima.*

Adjuncta enim non possunt esse sine subiecto. impossibile est *ἄνευ* accidentium sine subiecto. *In Coena Domini manet panis sapor. E. verus etiam maneat necesse est. Et per consequens, impossibile est esse mera panis accidentia. Quia accidentium esse inesse.*

II. Negato vero adiuncto, non statim negatur vel tollitur subiectum. ut, *N.V.C. Philosophus non est doctus. E. non habet animam.*

[Remotis autem omnibus adjunctis, remouetur subiectum. Sic enim etiam remouendum esse adiunctum praerogative.]

III. Ab *Est* tertii adiecti, ad *Est* secundi adiecti valet consequentia. ut, *Johannes est philosophus doctus. E. Johannes est (existit).*

[*Est* tertii adiecti dicitur, quando verbum *Est* copulatiuum est vinculum est connectens subiectum & praedicatum. *Maria est genitrix. Est* secundi adiecti dicitur, quando

verbum Est in propositione obtinet locum prædicati, & significat idem quod existit. Sensus igitur canonis est: affirmato adjuncto (quod per copulam est affirmatè enunciatur de antecedente) etiam ipsum subjectum (ipsius antecedentis essentia) est affirmandum. Non valet autem canon hic: Si alterum prædicatum de subjecto dicatur per accidens, non per se ipsum, ut; *Virgilius est poeta. E. Virgilius est.* II. In privativis, quæ totalem destructionem subjecto inferunt (quæ nihil sunt privativè) ut, *Plato est mortuus. Ergo Plato est.* (nisi est mutetur in fuit) III. In iis quæ nihil sunt negativè: ut, *Purgatorium est calidum. E. est.* IV. De ideis seu speciebus & generibus mente conceptis. ut, *Rosa est planta. E. est.* V. Cùm variatur significatio termini; ut cùm in antecedente ponitur subjectum materialiter, pro notione secunda; in consequente verò pro ipsa, aut notione prima. ut, *Lutherus est sculptus. E. est.* Huc pertinet & hic Canon. Dicitur de aliquo requirit inesse; hoc est, competere. *Croesus est dives. E. divitias habet.* Item: Positis & affirmatis concretis, ponuntur etiam abstracta. ut, *Baldus Cæcus est doctus. Est igitur in eo doctrina. Non autem sequitur; Iste est vestitus. E. vestes in eo sunt, &c.]*

IV. Unius adjuncti possunt esse plura subjecta. ut, *Bonitas inest tum virginitati, tum coniugio. Non ergo V. C. Virginitas est bona. E. coniugium non est bonum.*

V. A divisis ad conjuncta valet consequentia: si natura patitur conjungi accidentia. ut, *Demades est orator & facetus. Ergo est facetus orator.*

[Sensus est, cùm ea quæ in præmissis divisim ponuntur, in conclusione conjunguntur V. C. si non sint diversorum subjectorum accidentia, sed in uno eodemq; subjecto conjungi possint. Sic, oratorem esse & facetum esse adjuncta quidem sunt divisim, at tamen utrumque est accidens animi; & natura patitur conjungi. At cùm diversorum subj:

subjectorum accidentia sint, quæ natura non patitur  
 conjungi, non V. C. ut, *Marculus est jejunus seu claudus*  
 & *Poëta*. Ergo est jejunus & claudus Poëta. Hic enim  
 junguntur accidentia anima & corporis. Nisi accipiantur  
 taphorice jejunus & claudus, pro imperfecto.]

VI. Cui tribuitur proprium, quod uni  
 essentiæ convenit, huic etiam ipsam essentiã  
 tribui necesse est. & contra:

Negato aut sublato proprio, negatur  
 ipsum subjectum.

Proprium enim cum suo subjecto (ex  
 essentiã profluit, in quantum essentialiter in  
 convertitur & recipitur. (quia inest, pro  
 & per se, & fluit ab essentialibus principis  
 iecti, emanat ab essentiã;) ut, *Petrus potest*  
*ridere*. E. est homo. Et: Est homo. E. potest ridere.  
*Bucephalus non potest ridere*. E. non est homo.  
*Sp. S. est omnipotens, omniscius, &c.* E. est verus  
*Deus*. *Dii gentilium non sunt omnipotentes, omni-*  
*scii, &c.* E. non sunt verus Deus.

VII. Proprium non excedit suum sub-  
jectum.

Omne proprium unius speciei est inco-  
 municabile alteri realiter diversæ; puta, su-  
 jectivè, vel essentialiter, aut formaliter.

[Loquitur Canon disertè de propriis subjectivè & essen-  
 tialiter affectis, ita ut precise substantiam sui subjecti  
 quantur & eam arguant. Itaq; in eodem semper sunt  
 jectò: seu individuo, seu specie, seu genere. Sic anima prop-  
 rietates semper sunt & manent anima propria, neq; corpori  
 jectivè communicantur, aut migrant de subjecto in  
 ctum. Sed attende, ne id quod ex accidente evenit, per  
 naturã inesse putes. Licet enim propria sint incommuni-  
 lia subjectivè & essentialiter, possunt tamen alio modo

verbaliter aut tropicè, sed reverà communicari: si se. sit sub-  
 jectum συνδεδασμένον *conjunctum seu unium*:  
 Sic vita communicatur corpori, qua est in anima: ferro igitur  
 lux, qua est in igne. Quia communicatio non est μετέξῃς par-  
 ticipatio, ita ut alterius definitionem & essentiam accipiat,  
 sed συνδύασις seu συνδύασμὸς, *coniunctio seu uni-*  
 tio, qua aliquid non communicatur subjecto non separato, sed  
 cum altero copulatur. De quibus plura Theologi.]

VIII. Propriorum est æqualis participa-  
 tio: Accidentium verò communium alia ma-  
 jor est, alia minor.

*Propria enim non recipiunt gradus. Quia  
 sunt paria essentia. ut, non possum dicere, hic  
 homo magis est risibilis quam ille. Sed dicere pos-*  
*sum, hic est magis vel minus doctus, candidus,*  
*niger.*

IX. Nihil accidentaliter inest cuipiã, quod  
 secundum essentiam non inest alicui primò &  
 per se, quod ἰδιον vocant. Sic calor aqua inest  
 accidentaliter, per participationem caloris, qui in  
 igne est primò & per se (ut primo calido essen-  
 tialiter.) Vis urendi primò inest igni, eadem ut  
 accidens separabile tribuitur ferro.

X. In communiter accidentibus (*commu-*  
*nibus adiunctis,*) si prius non fuerit, nec poste-  
 rius erit, ut, *Fœmina ista non concepit. Ergo nec*  
*peperit.*

Itaque  
 XI. A positione posterioris, ad positio-  
 nem prioris valet conseq. affirmativè, ut, *Ar-*  
*bor ista habet fructum. E. fronduit & floruit.*  
 Contra: A positione prioris ad posterius con-  
 seq. valet negativè, ut, *Arbor ista non fronduit.*  
*E. nec fructum habuit.*

H

Non

[ Non autem semper utriusque necessario concluditur, probabiliter. ut, *Arbor ista floruit. E. fructum habet. Puella hæc non habet lac in mamillis. E. cum viro non suevit.* ]

XII. A signis necessariis valet consequentia perpetua. ut, *Nullus motus in arteriis percipitur. E. cordis vis prostrata est.* Contra

A signis non necessariis (communibus, & ternis, probabilibus) plerumque valet consequentia non semper. ut, *Est calvus. Ergo callidus. Culum manè fuit rubicundum. Ergo puer.*

XIII. Remoto tempore universalitatem movetur res ipsa. ut, *Homerus vixit ante tantam Romam. E. res Romanas non descripsit.*

XIV. De quo adiunctum circumstantiam occupatum affirmatur vel negatur, de eo subiectum (non necessario, sed probabiliter tunc & contingenter) affirmatur vel negatur. ut, *Spire sunt multi procuratores & causidici. & multa ibi sunt lites. Francofurti multi sunt Iudæi. E. & multa ibi fœnora exercentur.*

## ELENCHUS

Adjunctorum committitur I. Cùm adjunctum falsum ponitur pro vero. ut, *Augustana confessio est vera. E. recipi non debet.*

[ 1. Non omnia nova sunt rejicienda, sed ea tantum, quæ mala, non quæ bona sunt. 2. Aug. confessio non est nova, antiquissima, quia ex scripturis Prophetis & Apostolis conscripta est. ]

II. Cùm commune, contingens, mutabile, ponitur pro proprio, necessario, & perpetuo. ut, *Iste habet cultrum longum. Ergo est cocus. Ille delectatur potu. E. est Poëta.*

III. Cùm proprii facultates, gradus & potentie

confunduntur. ut, *Spectra loquuntur & ratiocinantur.*  
Ergo sunt homines.

[Homo loquitur organicè, secundùm definitum hominis modum, naturaliter. Spectra autem non humana facultate.]

Deus solus est justus, sapiens, bonus, &c. Ergo nullus homo  
& angelus est justus, bonus.

[Deus originaliter, immutabiliter, infinitè: Homo  
& alii participativè, definitè, mutabiliter boni sunt.]

Non semper rides & ploras. Ergo non es homo.

[Proprium potentiâ saltem competere satis est, licet non actu semper.]

IV. Cùm malè conjunguntur accidentia corporis & animi. ut, *Socrates est albus & Philosophus.* Ergo est albus Philosophus.

V. Cùm substantia & accidens confunduntur. ut, *Quam carnem heri emisti, edisti: Tu heri crudam carnem emisti.* Ergo & crudam carnem edisti.

[Major loquitur de Substantia. Minor de qualitate. Est igitur fallax accidentis.]

Huc usque de Consentaneis; sequuntur Dissentaneæ; & primò quidem Diverfa.

## CAPUT XIV.

I. Dissentaneæ sunt argumenta simplicia, quæ à re, quam arguunt, dissentiunt.

[Dissentaneum autem dicitur, quod non habet talem cognationem naturalem, ut consentire aut de altero affirmatè dici possit, sed semper consequens de antecedente negatur, nec idem de eodem dici, aut simul esse potest. Nomen habet à dissensu, translatione Metaphorica à sensibus ad intellectum.]

Dissentaneæ legitimo ordine sequuntur consentaneæ, & præcedunt comparata ac orta. Quia I. ut in consentaneis est affirmatio, ita in dissentaneis est negatio. At affirmatio est prior negatione, naturâ, cognitione, dignitate & existentia. Quia II. Comparatis sunt simpliciora. Simplex



autem est mensura compositi. Quia III. Ortum (effectum non potest esse prius illo, à quo oritur (causa)) Horum sunt hi generales CANONES.

I. Omnia Dissentanea enunciantur negando (sicut consentanea affirmando) & arguuntur negativè; nunquam affirmativè. ut, *Lapis non est homo. Cæcus non videt. Albus non est niger. Pater non est filius. Est lapis. E. non est asinus. Est albus. E. non est niger, &c.*

II. Dissentanea sunt æquè inter se nota & manifesta: hoc est, Dissentaneorum qui novit unum, novit & alterum. ut; si sciveris quid sit virtus (actionis honestas) noveris etiam quid sit vitium (actionis turpitudine:); si scis quid sit pater (qui habet filium) nosti etiam quid sit filius (qui habet patrem).

[Intelligendus tamen est hic Canon non de æquali essentia sive existentia (solis relatis exceptis:); sed de æquali notitia. Consentaneis quidem etiam æqualis notitia competit, verum non per se, quatenus simpliciter consentanea sunt, sed propter aliud, quatenus nimirum relata sunt atque dissentanea.]

III. Dissentaneorum alterum ab altero æqualiter arguitur; hoc est:


Quantum valet & arguit unum, tantum valet & alterum. Sic respectu terminorum relata oppositionis inter patrem & filium alter ab altero æqualiter arguitur. Licet interim respectu substantiæ naturalis pater prior sit filio.

IV. Dissentanea iuxta se posita clariùs elucidantur. Sic melius quis percipere potest, quæ sint mala belli & vitii, si contulerit cum commodis pacis & virtutis. Melius perspicias quæ sit natura

natura emphyteusews, si cum proprio dominio conferatur.

[Non est hic Canon contrarius secundo. Sunt enim dissentanea æque nota secundum naturam: clarius elucescunt quo ad nos, seu quoad sensum nostrum.]

Tabella Dissentaneorum.



2. Dissentanea sunt duplicia: Diverſa vel Opposita.

[Quoniam Dissentanea dividuntur in diverſa & opposita, non tamen hac se arguunt mutuo sicut causa & effectum, sed alterum alteri est diverſum vel oppositum. Itaque diverſum est diverſi diverſum, & à diverſo arguitur; oppositum ab opposito. Unde Regula: Omne diverſum & oppositum in se virtualiter includit diverſi & oppositi negationem. Dn Libav.]

3. Diverſa sunt argumenta dissentanea, quæ solâ ratione dissentiunt.

Ratione dissentiunt, quæ non re ipsa, sed tantum certo quodam respectu personæ vel rei alicujus dissentiunt. Quapropter quamvis simul non sint in hoc, possunt tamen per naturam simul esse in alio.

4. Notæ Diverſorum sunt hæ: Non hoc, sed illud: quoniam-tamen: Item: cum-tamen: etsi-tamen: ut & præterquam: Si non hoc, at illud: Non alibi, at hic, &c.

Exempla inventionis.

Diverſa Ratione sive respectu Diverſa.

Formosum esse. — Ulyssis, — Facundum esse.  
 Victoriā reportare. — Syllae, — Insignia victoriā  
 Bene moratum esse. — Studiosi, — eruditum esse.  
 Doctum esse. — Petri, — Divitem esse.  
 Media morte teneri. — Priami, — Tacere.

Hæc adhibitis suis propriis notis sive formulis nuntiantur ita: Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Non victoriā, sed insignia victoriā Syllæ reportavit. Quamquam ille studiosus est eruditus, tamen non est benè moratus. Petrus non est doctus, sed dives. Quamquam Priamus media morte tenebatur, tamen non tacebat.

[Hic in primo exemplo facundia & formositas ratio Ulyssis dissentiant, quia in ipso simul non sunt, & ita diversa sunt: Aliās verò in aliis possunt esse simul, quia sunt in juncta communiā: sicut in Demosthene, Pericle, Cicerone, aliis, qui simul & facundi & formosi esse potuerunt. Sic eminentur & hæc exempla. 2. Cor. 4. v. 8. Premimur quidem, sed non opprimimur; astuamur, sed non exastuamur: vomimur, sed non deserimur: deijcimur, sed non perimus. Tit. 16. Increduli etsi profitentur se scire Deum, tamen facti negant. Rom. 1. 21. Gentes cum cognovissent Deum, non tamen ut Deum glorificaverunt. Interdum notæ dissimulantur. ut Dives fuit Croesus, at nihilominus à Cyro captus. Cunctator est Fabius, segnis non est.

Observandum hîc est discrimen inter Diversa, Adversa, & Dissimilia.

I. Diversa differunt tantum ratione: Adversa verò ratione & re dissentiant.

1. Adversorum affirmato uno, negatur alterum: & contra: At in diversis non inter se. V. C. Est bonus. Ergo non est malus. Est malus. Ergo non est bonus. At non: Est formosus. Ergo non est facundus. Non est facundus. Ergo est formosus.

2. Adversa non possunt esse simul in aliquo

subjecto: Diversa verò simul esse possunt, ut, Non potest quis simul esse bonus & malus. At potest quis simul esse formosus & facundus.

II. Diversa & Adversa simpliciter dissentiunt & se arguunt. Dissimilia verò comparatè, collatione inter bis binos terminos instituta.

III. In Diversis & Adversis alterum affirmatur, alterum negatur: In dissimilibus verò neutrum; sed alterum saltem ab altero distinguitur.

IV. Diversa & Adversa dicuntur de uno subjecto. Dissimilia verò de duobus: ut, Senex erat, & tamen fuga sibi quærebat salutem. Hic vides tantum duo (1. senem esse, 2. & fugere) simpliciter per se considerata, ratione saltem siue respectu dissentire. Ergò diversa sunt. At cum dico: Occasus solis est dissimilis morti hominum. Dissimilia hic sunt. Occurrunt enim bini termini: 1. occasus. 2. sol. qui dissimiliter comparantur cum binis aliis, scilicet, 1. morte, 2. & hominibus. Sic si dico, Nigra sum, formosa tamen: Diversa sunt: si dico, Non sum albus, sed niger; Adversa sunt: si dico: Quamvis ille niger, quãvistu candidus esses: Dissimilia sunt.

[Diversorum primus inventor & auctor fuit Petrus Ramus, qui quidem prius ea ad dissimilia referuit, postea verò ropenius considerata suum ipsis peculiarem locum in Dissentaneis assignavit. Cum verò dicantur sola ratione dissentire, referenda huc fuerit distinctio Realis & Rationis. Realis est, qua citra cogitationem, intellectum & voluntatem nostram, in re distincta natura fundamentum habet. Estq; vel subordinativa, qua & formalis dicitur, eorum

qua separari non possunt: ut cum distinguitur qualitas a substantia, color a nigredine: vel separativa, eorum qua separari possunt. ut, cum distinguitur accidens a substantia, aliter cygno. Rationis est, que fit sola nostra cogitatione, intellectus et voluntate. Estque vel pura, qua nec in re, nec in rei virtute fundamentum habet, sed tantum in intellectu nostro. ut, cum in celo distinguimus dextrum et sinistrum. Purus enim respectus est diversitatis, re manente eadem. Vel virtutis, qua in virtute rei fundamentum habet, seu, qua res sensibus distinctas, tantum in efficacis suis distinguit. Ut cum distinguitur in igne vis lucendi, urendi, calefaciendi, siccandi, etc.] Diversorum sunt hi CANONES.

I. Diversorum usus præcipue est axiomaticus. Et: Diversa valent tantum ad distinguendum, non ad concludendum.

[Itaque N. V. C. Petrus est dives. E. non est doctus. Petrus non est doctus. E. est dives. Quia inter ea tantum dissensio Rationis, non Rei.]

II. Unum idemque numero permanens potest habere multiplicem considerationem respectum. ut, Adamus ante lapsum fuit iustus et variis virtutibus ornatus. Post lapsum vero iisdem destituitur.

### ELENCHUS

Diversorum committitur I. cum pro diversis sumuntur, quæ prorsus sunt eadem. ut, Cicero est magnus orator, sed tamen non est dicendi peritus. Sunt enim prorsus eadem.

II. Cum pro diversis sumuntur, quæ re ipsa differunt. ut, cum quidam dicunt humanam et divinam Christi naturam differre tantum ratione, cum tamen reverè sunt termini disparati.

III. Cum in varias distinctionum Regulas procedatur.

[Huc ergò referri possunt Fallac. distinctionis, et distinctionis.]

Sex: a quivocatio, amphibolia, compositio & divisio, figura dictionis, accentus, &c.]

Hæc de Diversis: sequuntur Opposita Disparata.

## CAPUT XV.

1. **O**pposita sunt argumēta dissente-  
nea, quæ ratione & re dissentiunt.

Ratione & re dissentiunt, *qua non tantum subjecto, sed & natura & essentiâ realiter differunt, ita ut per naturam separata sint, easdem formas non habeant, nec unquam in uno sint, nec per naturam inesse possint, sed simul posita se mutuovertant, ut canis, asinus: albus, niger: pauper, dives.*

[Quidam re dissentire idem dicunt esse, quod subjecto dissentire. At Logicus per Rem intelligit unumquodq; per se consideratum, sive substantia sit, sive accidens: ita re differt calor à frigore. Itaq; quæ re distincta, non etiam distincta essentiis, & qua subjecto differunt, non statim re differunt. Aliter enim vocabulum Res accipitur in Physicis: aliter in Logicis; ubi & id Res est, quod non essentia, nec subjectum, sed aliud quid est. Ita in Theologia persona Trinitatis differunt Res seu Realiter, & tamen non natura & essentiâ.] Illorum sunt hi Generales CANONES.

Opposita non possunt 1. attribui eidem, *(de uno numero eodemq; subjecto predicari)* 2. secundum idem *(secundum easdem partes)* 3. ad idem *(ad eandem subjecti partem, ejusdem respectu, relatione, ratione, & eodem modo)* & 4. eodem tempore *(non diverse.)*

Itaq; **O**mnne oppositum tunc verè oppositum est, cum aliud atque aliud est, non differente tempore, ratione, & respectu. *(ubi enim hæc, vel quedam ex his, variant, non verè opposita, sed diversa sunt.)* Diversus namq; respectus tollit omnem oppositionem.

[Non ergo sunt opposita 1. Plato est Philosophus: Non est Philosophus. Quia Philosophum esse, & non esse, dicuntur de eodem; sed diverso subjecto. Non 2. Erat est albus dentes. Ergo non est niger. Oppositio enim fit per dum diversas partes. Non 3. Christiani sunt liberi. Christiani non sunt liberi. Fit enim diverso respectu; Liberi spiritualiter à peccato & damnatione: non liberi sunt sic & civiliter. Dormiens videt vigilans. Ergo dormiens videt. Est enim diversus respectus, videt vigilans actus, dormiens videt potentia. Non 4. Pompejus est victor. Dum enim tempore utrumque fuit. Homo est corruptibilis, & incorruptibilis. Corruptibilis est in hac vita; incorruptibilis post resurrectionem. Huc pertinet & hac regula: Distin-  
**N** tempora, & conciliabis scripturas (specietenus non pugnant.) Ita Christus Apostolis dicit, In viam gentium abieritis, Matth. 10. id enim fieri debebat ante resurrectionem Christi. At idem illis dicit: Ite in universum terrarum, &c. Marc. 16. Hoc enim fieri debebat post resurrectionem.]

II. Oppositorum affirmato seu attributo uno, negantur & removentur reliqua. (Quia non possunt simul eidem attribui) ur: Ludovicus Landgravius est Georgii pater. E. non est eius filius. Appius est cecus. Ergo non habet visum. Bucephalus est equus. E. non est lapis, trux, servus, &c. At non contra

Oppositorum uno negato & remoto, affirmantur & attribuuntur reliqua. (Quia potest esse medium, velut in disparatis, & in adiacentibus mediatis.) Non ergo V.C. Non est asinus. E. non est equus. Potest enim esse cervus, leo, anser, urfus, &c. Hic color non est viridis. Ergo est niger. Potest enim esse caeruleus, flavus, aut alius.

[Duo hic observa. 1. Valere reciprocationem in contrariis intermediis. Itemque, Si ipsa extrema inter se solent comparari.]

antur: ut, *Albus est. Ergo non niger. Non est niger. Ergo albus. Est pax. Ergo non bellum. Non est bellum. Ergo pax. Non videt. Ergo est cæcus. Est cæcus. Ergo non videt.* 2. Interdum etiam in contrariis mediatis, sed contingenter, seu in determinativè, ut loquuntur Scholastici.

III. Omnis oppositio fieri debet juxta differentiam specificam (formam, essentiam propriam, adjuncta propria seu essentialia) non juxta genus aut communia accidentia. ut, *Non V.C. Dialectica est ars. E. Grammatica non est ars.* (oppositio enim fit secundum genus.) *Pater est robustus. E. filius non est robustus.* (oppositio enim fit secundum cõmunia accidentia.)

[De oppositis hic in genere observa 1. In oppositione proprie esse aliud atq; aliud, non alterum atq; alterum. Alienitatem, non alteritatem seu diversitatem. II. Oppositionem esse fundamentum distinctionis Realis. Realiter autem differre tum qua subjecto differant, tum subjecta ipsa, & qua in eodem subjecto oppositè habent. III. Sicut idem dicitur triplex. I. Idem genere, quod dicitur de iis, quæ sunt sub eodem genere, ut homo & bestia sub animali. II. Idem specie, de iis quæ habent eandem speciem; sic Petrus & Paulus sunt idem, quia uterq; est homo. III. Idem numero de iis quæ habent idem nomen eandemq; definitionem. Ita quanquam tot sint reales differentia, quot oppositorum species, excellit tamen vulgaris differentia distinctio in differentia, genere, specie, numero seu individualis. Genere differunt, quæ sunt vel genera diversa, vel sub generibus oppositis, ut, veritas est virtus. Mendacium est vitium. Specie, quæ sub speciebus oppositis, vel ipsæ species sunt opposita, ut, equus est sub bestia. Romani sunt homines. Numero differunt; quæ singularitate individuali distant, seu individua ejusdem speciei, ut Plato, Aristoteles. Sic dicta, quia dum numerantur non sunt unum, sed duo.]

## ELENCHUS

Oppositorum in genere committitur, quando diversa



versa pro oppositis sumuntur; & contrà. ut, *Ita una vel plures ex proprietatibus oppositorum violantur aut omittuntur: sic argumentantur Turca: Christianorum Deus est passus, crucifixus, mortuus & sepultus. Ergo non est omnipotens, vivus & verus Deus.*

*[Est Elenchus oppositorum. I. oppositio non fit secundum idem. quia passio facta est non in divinitate, sed in humanitate. II. non ad idem, & eodem respectu: quia passio mors non respexit extremam deletionem, sed humanam redemptionem. III. Non eodem tempore: Nam mortuus est Christus ante 1500. annos, à tertio die resurrexit, ascendit in caelum, vivit & regnat in aeternum, nec amittitur. Vid. Buscher. l. 2. elench. sophist. c. 6.]*

II. Cùm uno oppositorum affirmato, affirmatur & alterum. ut, *Gratia Dei salvamur. Ergo non debent eludi bona opera.*

*[Contrarium concludi debebat. Ergo non ex operibus loquimur gratia non esset gratia, Rom. 11.]*

III. Cùm uno negato, alterum concluditur affirmatur. Ita argumentatur Charinus apud Terentium. *lumen non datur Pamphilo. Ergo mihi dabitur. Quasi non potuisset dari alteri!*

IV. Cùm oppositio fit secundum genus commune & accidentia. ut, *Homo est animal. Ergo equus non est animal. Virginitas est bona. Ergo conjugium non est bonum.*

2. Opposita verò sunt duplicia, Disparata & Contraria.

3. Disparata sunt argumenta opposita, quorum unum multis pariter opponitur.

Pariter opponi est, nulla certa dissensionis legem habere (quod fit in adversis, relatis, contradicentibus, & privantibus) sed promiscuè opponi & dissentire, pari affectione & relatione, simul, ita ut nec magis minus uni oppositum sit, quàm ceteris (quantum ad eandem ad rationem disparationis attinet.) Sic; Homo non est animal non est

non tantum opponitur leo, sed & lapis, stella, cœlum & bestia alia eadem disparitatis ratione. Nam quæ est ratio disensionis inter hominem & leonem, ea etiam est inter hominem & leporem, stellam, lapidem, cœlum, &c.

[Sicut Ramus primus est auctor diversorum: ita Rod. Agricola inventor est disparatorum. Dicuntur autem quasi disseparata, quia in unam eandemq; rem confundi non possunt. Hinc Plauto disparare significat plura ita sibi opponere, ut suis cuique locus relinquatur. Agricola ea nominat differentia, quæ vox tamen latior est, omnibusq; dissentaneis competit. Aristoteles aliquando vocat disparata, quæ alii contradictoria vocant, ut sapere, non sapere, quæ ab aliqua re per oppositionem negationis separantur. Philippus pugnantium loco disparata subjungit, eademq; definit, quod sint duæ diversæ species, quæ in unam rem confundi non possint. Alii inter contraria Mediata & immediata distinguunt. Verum Mediata nil aliud sunt quàm disparata inter se, & ad extrema sua relata. Ut viride, cineraceum, rubrum, sunt mediata inter album & nigrum: & singula extremis, & inter se disparata sunt. Vbi tamen nota: Hic medium non intelligi per comparationem, quod cum utroque extremo quandam habet convenientiam & analogiam, quale est aër inter ignem & terram: neque medium per negationem, quale est lapis inter lignum & ferrum: Sed medium per participationem, quod extremis componitur, & cum eis aliquam habet convenientiam.]

Exempla inventionis promiscua.

Disparata.	Disparata.
Homo	Dea, liber, arbor, ferrum, lapis, &c.
Flavum	Rubrum, cœruleum, viride, cineraceum, album, &c.
Domus mercatus	Domus precatationis.
Rus	forum.
Casus	oleum, butyrum, caro, piscis, &c.

Hinc axiomata conficiuntur è disparatis negata: Homo non est Dea, liber, arbor, ferrum, &c. Flavum non est rubrum, cœruleum, viride, &c. Domus precatationis, non est domus

domus mercatus. Rus non est forum. Casus non est olivum  
butyrum, caro, piscus, &c.

Iisdem Questiones etiam dubiæ (sed negatè  
tùm) disputantur. Thema: Dido non est Dea. Quia  
homo. Venus non est homo, Quia est Dea. Mel non  
rubrum neq; cœruleum. Quia est flavum. Templum  
est domus mercatus. Quia est domus precatiois. Petrus  
est ruri. Quia est in foro.

Alia exempla 1. Pet. 1. 18. Non caducis rebus aurum  
argento redempti estis, sed pretioso sanguine Christi, tanquam  
agni immaculati. Joh. 1. 21. Ego non sum Christus, nec  
non Propheta (iste magnus, Deut. 28.) 1. Cor. 12. 15. Petrus  
est manus, auris non est oculus. & v. 28. Deus quosdam  
Ecclesia posuit Apostolos, Prophetas, Doctores, virtutes, gratias  
sanationum, &c. Rom. 9. Non est volentis, neque currentis  
sed Dei miserentis. Ministri verbi non sunt caupones, neque  
triatores & Domini gregis, quia sunt episcopi Ecclesia &  
pastores gregis, 1. Pet. 5. 2. Cor. 4. Sic muliercula ad Christum  
inquit, Johan. 4. 9. Quomodo tu, cum sis Iudaeus, postulas  
a me, qua mulier sum Samaritana? Virtus est  
tuis, quia non est potentia neq; affectus. Christus non assumpsit  
formam angelorum, quia assumpsit formam hominis, Hebr.  
Disparatorum sunt hi CANONES.

I. Posita una specie, remouentur omnia  
disparata. seu;

Posito vel affirmato disparatorum uno, remouentur  
vel negantur reliqua omnia. Ita

Ab unius disparati affirmatione, ad negationem reliquorum,  
valet consequentia.  
Plato est homo. Ergo non est asinus, non leo, non  
arbor. At non contra

Negato seu sublato disparatorum uno, necesse est  
affirmari seu poni unum ex reliquis.  
ut, N. V. C. Non est asinus. Ergo est homo. Est  
est leo. Ergo est lapis. Hic color non est vitæ.

*Ergo est cœruleus. Potest enim esse alius color.*

[Interdum valet. Sed non perse, verum econtingenter & ex accidenti. Ratio alioquin, cur negato uno disparatorum, non necessario inferatur alterum, hæc est. Quia in disparatu non solum sunt duo, sed medium, sed tertium, sed plura. Hic enim unum multis pariter opponitur. Alii sic explicant, disparatorum uno negato affirmatur alterum, id est, aliud, non quodlibet. Vt, illud non est viride. Ergo vel cineraceum, vel cœruleum, vel album, &c.]

II. Disparatum de disparato regulariter affirmatè prædicari non potest. Itaq;

III. Quotiescunq; disparata eidem subiecto tribuuntur: seu quoties disparatum de disparato prædicatur affirmatè, necesse est alterum propriè accipi, alterum tropicè. ut, *Herodes est homo: & Herodes est vulpes.*

*NB.*

Hic homo & vulpes disparata sunt. Quia igitur de eodem subiecto (Herode) affirmatè prædicantur, alterum hoc, nempe posterius accipi Metaphoricè & per vulpem intelligi ingenium vulpinum ac calliditatem necesse est. Ab his regulis

#### EXCIPE

Prædicationes inusitatas de Filio Dei, quales sunt: *Homo est Deus, & Deus est homo.*

Hæc enim propter rem mirabiliter singularem, & singulariter mirabilem, nempe per unionem personalem duarum naturarum in unâ eademq; personâ τὸ λόγῳ, & per modum Communicationis idiomatum, quâ unius nature propria tribuuntur alteri in concreto (ut loquitur Philippus de disparatis) vera sunt. Dicuntur autem inusitatae, quia similes in rerum naturâ non extant, in quibus due perfecta nature unam personam constituent. De quibus plura Theologi.

#### ELENCHUS

Disparatorum committitur I. Cùm separantur ea, quæ tamen disparata non sunt. ut, *Auditorium hoc est locus lectionum. Ergo non disputatorium. Paulus fuit persecutor Ecclesia. Ergo non fuit sanctus.*

II. Cùm

II. Cùm ex unius (vel plurium) negatione, alterius cuiusvis affirmatio definitè infertur. ut, *Hoc animal est equus. Ergo est Camelus.* Quid si lepus vel asinus? *Est cerevisia, nec mustum, nec mulsæ, nec aqua.* Ergo vinum? Quid si lora, vel succus alius? *Ossa qua Colonia in triumphum Regum conduntur, non sunt Petri, Pauli, Martini, &c. aut alterius sancti.* Ergo sunt triumphum Regum Magorum Orientis. Quid si triumphum rusticorum vel phallicorum?

III. Cùm disparata insufficienter enumerantur, ut, *Magister non desinit in ur, us, vel um.* Ergo non est secundum declinationis. Habet enim plures terminationes.

IV. Cùm disparata confunduntur, ut, *cùm cetero fit Dialectica, Rhetorica, Grammatica.*

Hæc & de Disparatis: sequuntur Contraria, & specie Relata.

## CAPUT XVI.

I. **C**ontraria sunt argumenta opposita, quorum unum uni tantum opponitur.

[Contraria ab aliis vocantur opposita, vel contraria, & pugnantia: Sed minus proprie, similiter Aristoteles laxè nimis accipit vocabulum, ut carnis oppositio non conveniat, itemque perfectè contrariis. Propriissime contraria tantum dicuntur ea, quorum unum uni opponitur. Quæ sunt Relata, Adversa, Contradictoria & Privantia: Privantia vero dicuntur Relativè opposita; Contrariè (adversè) opposita: privativè opposita, Contradictoria. Vbi tamen non Interdum in contrariis uni plura opponi; ut videns non videns & cæcus: pater multis liberis, præceptor multis discipulis: Sed tamen in his I. oppositio non est ejusdem generis, vel non sunt eadem contrariorum species, sed divergentes. Videns enim & non videns opponuntur contradictoriè, videns & cæcus privativè. II. multa illa, que uni opponuntur, opponuntur pro uno. Sic liberi & discipuli non considerantur ut unum]

ut multi, sed ut unum aggregatum. Sicut ergo Relatio propriè consistit in paternitate & filiatione. Ita etiam Contrarietates.] Illorum sunt hi generales CANONES.

I. Contraria sunt simul.

Itaq;

Si unum sit contrarium, necesse est & alterum esse. Sic colligit Aristoteles. Si calor sit, etiam frigus esse debere. Si in misto sit terra & aqua, necessario inesse etiam ignem aqua, & aërem terre oppositum.

[Ratio Canonis est: Contrarium contrario est relatum. Relata autem ponunt se mutuo & destruunt. Nota tamen, non ideo tempore etiam & naturâ simul esse debere. Veritas enim & mendacium sunt contraria. Sed veritas prior mendacio. Vita & mors sunt privantia. Sed vita antiquior morte.]

II. Contrariorum sunt contrariæ causæ, effectus, proprietates, subiecta proxima & definitiones. ut, Virtus est à Deo: Vitium a Diabolo. Temperantia firmat valetudinem: Intemperantia corrumpit. Pii Deo placent: Impii Deo displicent.

III. Contraria dignoscuntur contrariis.

Contraria juxta se posita magis elucescunt.

Contrariorum est eadem scientia.

Contrariorum eadem est ratio. ut, Qui novit, quid sit vera religio, novit etiam quid sit falsa sive hæretica. Qui scit, quid sit temperantia: novit & quid sit intemperantia.

[Intellige I. ratione cognitionis. Quia unum contrariorum cognitum juvat alterius cognitionem. II quoad genus & subiectum. Sic mel dulce est gustu: Sed dulcedo fit evidentior si absynthii succum gustes. Ex turpi picturâ, forsitan: ex morbo sanitas: ex morte vita evidenter innotescit.]

Nota: Commune hoc esse dissidentibus. In contrariis autem

IV. Contraria sunt contrariorum con-  
quentia.

Cui inest alterutrum contrariorum, ei in  
se debet & alterum, & ejus consequens pro-  
prium & per se inexistens. ut, Si pater ve-  
sum, Ergo & paternus honor mihi debetur. Si  
perere est pulchrum, desipere erit turpe. Iustus  
palma floret. Injustus ergo ut herba are-  
peribit.

[Philippus nominat hanc argumentandi formam a  
contrario sensu. Attende autem V. C. in Contrariis ex-  
sivis, convertibilibus seu reciprocis, & æqualiter  
habentibus. Vel si contrario antecedentis proprie-  
adjunctum, vel effectum proprium & forma attribui-  
tur. ut, Vbicunque duo vel tres congregati sunt in nomine  
meo, in medio illorum sum. Ergo ubi duo vel tres non con-  
gati sunt in nomine meo, non sum in medio illorum. Vel  
per se expetenda, Ergo vitium per se fugiendum. At non  
ubi contraria se dissimiliter habent, vel ubi opposita  
non fit secundum propria, sed commune. ut, Malitia  
damnant. Ergo bona opera salvant. Illa enim sunt propria  
mala, & sunt nostra: Hac vero sunt imperfecte bona, &  
sunt nostra, precipue vero spiritus sancti procreantis & operantis.  
Dulcis sapor est bonus. E. amarus sapor est  
bonus. Amicus est mutabilis. Ergo inimicus est immutabilis.  
Hic oppositio fit secundum commune. Huc pertinet & in  
gula. Subjecta & prædicata debent esse paria.]

V. Contraria non possunt esse in eodem  
subjecto, in gradibus excellentibus: at possunt  
esse in gradibus remissis.

Cum summo enim non stat gradus oppo-  
si. Sic aqua non potest esse summe calida & sum-  
me frigida. Potest autem remisse esse frigida & remisse  
calida, id est, tepida. Color non potest esse albus & niger

niger in gradu excellenti, at in remisso potest.

[Ad Contraria possunt etiam applicari Canones generales Disparatorum & Oppositorum. Plures verò de iisdem maximas ex aliis scientiis petitas attingit Dn Libavius l. i. fol. 216.]

2. Contraria sunt duplicia: Affirmantia & Negantia.

[Alii distinguunt in mediata, qua medium habent. ut album & nigrum sunt contraria mediata, quia admittunt media, colores scilicet intermedios, rubrum, viridem, &c. & immediata, qua medium non admittunt, ut, bonus, malus: virtus, vitium: Cacitas, visus: Verum mediata supra ad Disparata recte referri diximus. De divisionibus Contrariorum aliis, utpote de Contrariis, genere, subjecto, susceptivis: per se: per accidens: dependentia: remotionis: communibus ad certa genera limitatis & aliis, lege Dn. Libavium l. i. fol. 218. 219.]

3. Affirmantia sunt, quorum utrumque affirmat (ait) hoc est, utrumque est quid positivum, revera aliquid est & significat, adeoq; etiam affirmatè exprimitur, ut, virtus, vitium: Dominus, servus: a sentia utraque sunt & positiva, que utraq; parte res sunt & alterum alteri nec contradicendo nec privando opponitur, sed utrumque esse & revera aliquid significare intelligitur.

[Duplex est affirmatio & negatio. Una est Critica, qua ex antecedentis & consequentis compositione sumitur, qua iudicii propria est. Altera est Topica, qua est argumentorum per se consideratorum simplex affectio, sive ratio, qua inventionis propria est. Observa hic Contraria affirmantia dici affirmantia, non absolutè, quasi nihil negent (sic enim dissentanea non essent,) sed comparate, respectu contrariorum negantium, quod non ita negent, ut contraria negantia, nempe explicitè. Affirmantia enim negant implicitè: Sicut pax negat bellum.]



4. Suntque duplicia, Relata & Aversa.

5. Relata sunt contraria affirmata, quorum alterum constat è mutuo alterius affectione.

Ab Aristotele dicuntur ἀντισπέφοντα. Item dicitur propter mutuam reciprocationem & relationem ad aliud. Unde etiam dicuntur Relata, quia sic referuntur alterum ad alterum, ut ex mutua sua affectione utrumque suum esse accipiat, & sublata illa affectione amittat. Mutua autem illa habitudo & affectio dicitur Relatio; Argumenta verò affecta dicuntur Relata: sive alterum quod arguitur Relatum, alterum verò quod arguit, Correlatum.

[Relata considerantur dupliciter: vel Generaliter, ut nomen sive generalis affectio argumentorum: & sic dicuntur omnia argumenta inventionis Relata: vel Specialiter, ut species argumenti, & quidem Dissentanei: Illa dicuntur Relata secundum dici: Hac verò secundum esse. Illa sunt quoad nomen seu tutum: hac verò quoad res, quae mutuò constituunt & perimunt, vid. supr. fol. 44.]

6. Arguunt verò se Relata, vel consentanea, vel ut dissentanea.

7. Ut consentanea, quatenus ad invicem referuntur, & alterum alteri est causa essentiae (relationis) & naturae, hoc est, quatenus alterum alterum constituit. Sic pater à filio accipit suam essentiam, ut sit & appelletur pater (nisi enim filium habeat, nec esse nec appellari pater potest) & filius vicissim à patre hoc ipsum quod est, habet, (nisi enim patrem habeat, nec esse nec appellari filium potest.)

[Nota: His propriè competit definitio Rami: qua idcirco ab aliis tanquam imperfecta, quòd Relatis Dissentaneis non competat, rejicitur. Ideoq; & mixta est Relatorum consideratio. Consentanea, qua in Consentaneis à quibusdam traditur: & Dissentanea, qua in Dissentaneis tantum hoc loco traditur. Nos ne discentes turbaremus, Ramum secuti sumus.]

Hæc enuntiantur & se arguunt affirmatè, juxta hos CANONES.

I. Relata sunt simul naturâ Relationis (non rei, non loci:) Sic Pater & Filius sunt simul naturâ. Quando enim pater incipit appellari pater, tum habet filium. Prior autem est filio, non quâ pater, sed quâ homo. Et filius potest esse Giesse, pater Francofurti.

Itaq;

Relata & ponunt se mutuò & perimunt:

Relata quod sunt, aliorum sunt:

Relata constant ex mutua ad se invicem affectione. Sic, Dominus quâ Dominus, rationem sui debet servo, cujus est Dominus: & vicissim, servus Domino, cujus est servus: alter enim sine altero Dominus vel servus non esset.

II. Posito uno Relatorum, ponitur & alterum; vel, Posito Relato, necesse est poni correlatum, (sed in alio subjecto.)

Itaq;

A positione unius Relati ad positionem alterius valet consequentia. ut: Christus est filius David. Ergo David est eius pater. Pater est æternus. Ergo & filius est æternus. Abrahamus est Eleazari Dominus. Ergo Eleazar est eius servus. Honestum est eloquentiam discere. Ergo & honestum est eam docere.

8. Ut Dissentanea se Relata arguunt,

unt, quatenus invicem opponuntur nec in unam rem cadere, nec uni eademq; rei secundum idem & ad idem tribui possunt: ut, *Maritus non est uxor* &: *Vxor non est maritus (eiusdem.)* *Pater non est filius*: &: *Filius non est pater (eiusdem.)*

[Hoc sensu recte referuntur ad Contraria, & dicuntur alius Relativè opposita: Remota enim affectione contrarietate, si per se, quatenus opponuntur, consideres cum contrariis sub easdem regulas generales cadunt, & per altero positum, negatur alterum, &c.]

Hæc enunciantur & se arguunt negatè, juxta

#### CANONES.

Relativè opposita non habent medium.

[Intellige medium per participationem. Non datur, qui partim sit pater, partim sit filius, eodem respectu. Habent autem medium per negationem extremorum, ut, inter patrem & filium potest esse medium, lapis, qui pater est, neque filius. Sic Socrates neque pater est, neque filius Platonis.]

II. Destructo sive negato Relato, necessario destruitur & correlatum. ut, *Ludovicus senior Landgravius Hassie non est pater. Ergo non habet filium.*

III. De quocunque Relatorum unum relativè affirmatur, de eodem alterum verè negatur.

Vel:

Cui tribuitur unum Relativè oppositum, ei eodem respectu non potest tribui alterum. ut, *Abrahamus est Isaaci pater. Ergo non est Isaaci filius. Angeli omnes sunt spirituum ministratorii (servi.) Ergo non dedit eis honorem Domini, Hebr. I. 14. Tu es huiusmodi*

locator. Ergo non es ejusdem conductor.

Relatum enim & Correlatum non cadunt  
in eandem rem.

Exempla inventionis promiscua.

Relata	Correlata
Pater	Filii.
Dare	Accipere.
Dominus	Servus.
Maritus	Vxor.
Docere	Discere.
Præceptor	Discipulus.
Locare	Conducere.
Socer	Gener.
Hospes	Hospes.
Frater	Fratex.

Vnum hic nota. Relata esse vel duorum terminorum  
five nominum, & plurium: vel unius, sub quo tamen  
duo comprehenduntur, ut, *Hospes, Frater, Amicus. Hospes  
enim est hospitis hospes. Frater fratris est frater. Amicus a  
mici amicus.*

Ex his concluduntur Quæstiones dubiæ à Relatis  
argumento tertio sumpto. *Thema. Christus Filius est  
aternus. Quia Pater est aternus. Accipere beneficia non est  
turpe. Quia dare est honestum. Filius est servus. Quia Pa-  
ter est Dominus. Locator non est culpandus. Quia Condu-  
ctor non est redarguendus. Rebecca non fuit maritus. Quia  
fuit Isaci uxor. Aristoteles non fuit Alexandri Magni di-  
scipulus. Quia fuit ejus præceptor. Christus verè sponsus  
est. Quia Ecclesiam sponsam habet.*

Alia Exempla. Joh. 3. 29. *Qui habet Sponsam Sponsus  
est. Math. 22. 45. Si Christus est Davidis Dominus, quo-  
modo filius ejus (potestati subiectus) erit? Genes. 5. 3. A-  
dam genuit filium ad imaginem suam. 1. Cor. 7. 22. Qui  
liber vocatus est, servus est Christi. 1. Cor. 11. Omnis viri  
caput Christus est: caput autem mulieris vir: caput verò  
Christi Deus. Elai. 24. 2. Erit ut populus, sic sacerdos; ut  
servus, sic Dominus; ut ancilla sic Domina; ut emens, sic  
ille*

ille qui vendit; ut qui mutuo dat, sic qui accipit; ut qui  
bet, seu ut creditor sic debitor. Boni pastoris est condere pecora  
non deglubere.

Vendit Alexander caelos, altaria, Christum,  
Emerat ille prius vendere ju. e potest.  
Hoc jacet in tumultu Lucretia nomine, sed re  
Thais; Alexandri filia, sponsa, nurus.

## ELENCHUS

Relatorum committitur, I. Cùm æquivocacæ  
ponuntur pro veris: Sive cùm diversa pro relative  
positis sumuntur. Sic argumentantur Iudæi, Job 8. Non  
quam servivimus ulli, sumus semen Abrahæ. Ergo non  
mus reddi liberi.

[Christus respondet distinguendo inter servitium spi-  
rituale peccati, & libertatem spiritualem, quæ est liber-  
tio à peccato, & est à filio Dei. Est igitur Elench. Relat. Quæ  
hæc diversa sunt, non opposita. Ita ludicrum est illud apud  
Platonem. Canis est tuus: & canis est pater. Ergo  
tuus pater. Si est tuus pater, tu es ejus filius. Et hoc  
canis. Quia canis canem gignit. Alia enim relatio  
est canis pater, ut canicula genitor: alia ratione est Platonem  
ut Domini. Est etiam Elench. Composit. & Divis.]

II. Cùm pro Relatis sumuntur, quæ revera  
sunt, ut, Est pater. Ergo habet servum.

[Ita argumentantur Ariani. Deus à seipso est. Filius  
est à seipso. Ergo Filius non est Deus. Pater enim & Filius  
opponuntur Relative, non Deus & Filius.]

III. Cùm non usurpantur aut accommodantur  
secundum propriam suam affectionem. ut, Dominus  
est. Ergo servos suos dicit. Pater est. Ergo docet filium  
suum.

[Ditare enim & Musicam docere non sunt propria  
actiones Domini & Patris.]

IV. Cùm relatum confunditur cum suo correlato  
ut, Isaacus est Abrahami filius. Ergo est & ejus pater.

V. Cùm relata consentanea adhibentur pro cor-  
relatis: & contra. ut, Cyrus est Cambysis pater. Ergo  
& Cyrus est Cambysis filius. Concludi enim ita debet  
Ergo non est ejus filius.

VI. Denique cum ex unius negatione infertur alterum. ut, *Non sum tuus pater. Ergo sum tuus filius. Iste non est præceptor Padagogicus. Ergo est discipulus Padagogicus.*

[Divisiones Relatorum vide supra in prodida scala Prædicamentorum.] Sic fuerunt Relata, sequuntur Adversa.

CAPUT XVII.

I. Adversa sunt contraria affirmantia, quæ inter se velut è regione perpetuò adversantur.

E regione perpetuò adversari, est inimicissima dissensione sic ad invicem sine intermissione è diametro pugnare, ut nunquam per naturam simul esse aut coire in unum possint: ut, *Virtus, vitium: Pax, bellum.*

[Nomen Adversorum ex Cicerone desumptum est, Græcè aliàs dicuntur ἐναντία, τὰ ἀλλήλων διαφέροντα. Contraria extrema. Differunt à Relatis, quia Relata ita dissentiunt, ut tamen èg amicissimè consentiant, sed, ad invicem constituent. Differunt à Privantibus, in adversis enim est habitus duplex: in privantibus verò tantum unus.]

Exempla inventionis.

Adversa.	Adversa.
Virtus	Vitium.
Sapientia	Stultitia.
Albedo.	Nigredo.
Bellum.	Pax.
Bonum.	Malum.
Calidum.	Frigidum.
Spiritu.	Caro.
Libertas.	Servitus.
Fides.	Incredulitas.
Res secunda.	Res adverse.

E quibus conficiuntur enunciata hæc: *Virtus est vitium fugere, è sapientia prima Stultitiâ caruisse, Si cor-*

vis est niger, non erit albus. Si pax optanda, bellum debet mandari. Si summum bonum omnibus expetendum: Malum omnibus erit fugiendum. Utinam vel calidus vel frigidus esses. Caro concupiscit adversus spiritum. Liberi facti à peccato, servi facti estis justitia. Quicumque crediderit salvus erit; qui incredulus, damnabitur. Quem res plura in medio delecta vere secunda, Mutata quatiens.

Ex iisdem disputantur Quæstiones dubiæ argumentum tertio sumpto ab Adversis. Thema. Pax est optanda. Quia bellum est fugiendum. Summum bonum omnes appetunt. Quia malum omnes fugiunt. Sapiens virtutis studiosus. Quia stultitia caret & vitium fugit. Debolus non est bonus. Quia est malus. Æthiops non est albus. Quia est niger. Thomas non verà fide præditus est. Quia incredulus. Sancti non vivunt in carne. Quia spiritus vivunt. Cicero adversam fortunam moleste tulit. Quia prosperis animo fuit elatiori. Pii debent esse servi Iustitiae. Quia liberi facti à peccato.

Sic adversa sunt: Robur, debilitas: veritas, falsitas, vituperium: honestas, turpitudine: grave, acutum: velle: affirmare, negare: simplex, compositum: absolutum: relativum: activum, passivum: amo, amor: alienus, suus: proprium, commune: Matth. 6. 24. Non potestis Deo servire & Mammonæ. 1. Cor. 10. 21. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum: non potestis mensam Domini participes esse, & mensam demoniorum. 2. Cor. 6. 15. Quid est Iustitia consortium cum injustitia? Et que concordia Christo cum Belial? aut que pars fidelis cum infideli? & quod consensus templi Dei cum simulachris? Joh. 6. Maeror non convertetur in gaudium. Matth. 16. Caro & sanguis non relevavit tibi, sed pater meus qui in caelo est. Horat.

— Quid mea cum pugnat sententia secum: Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit. Aituat, & vitæ disconvenit ordine toto, Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis, &c.

Adversorum hi sunt CANONES.

I. Adversa se mutuo pellunt & destrunt. Sunt enim contraria, quæ in eodem genere

plurimum differunt. Sic, calor pellit frigus. Vir-  
tus destruit vitium: Pax bellum, &c.

[Intellige in gradibus excellentibus. At non in re-  
missis; Sic enim potest esse tepor, qui ex repressis calore & fri-  
gore constat, (sed tum tepor non est contrarium adversum,  
verum calori & frigori disparatum) Alias calor & frigus quã  
talia, semper sibi sunt extreme adversa. Hic observa duo: I.  
Quod contrarium adversum nonnunquam alterum adver-  
sum dicitur augere, veluti frigus hybernium calorem ventri-  
culi, non fit per se, sed per accidens, propter scilicet antiperista-  
sin, ut Physici loquuntur. II. Quod adversa qualitates in  
missis dicuntur temperari, non ipsa extrema per se desinunt,  
adversari plurimum, sed subjectum ab illis est alteratum, ut  
non amplius simplices qualitatium summosq; actus habeat,  
sed potentias (altem propter misturam adverse affectorum E-  
lementorum. Vide Libav. fol. 243.)

Itaq;

II. Adversorum uno verè affirmato, ne-  
cesse est negari alterum, & contra:

Uno adversorum negato, necesse est affir-  
mari alterum. Absurdum enim est & impossi-  
bile adversa per se jungete. ut, Saul est repro-  
bis. Ergo non est electus. Absolon est malus.  
Ergo non est bonus. Color est albus. Ergo non est  
niger. Non est albus. Ergo non est niger.

[Philippus ita effert. Positã unã qualitate in gradi-  
bus excellentibus, removeretur contraria qualitas. Re-  
ciprocatio autem hujus Canonis semper procedit, si adversa  
considerentur qua adversa sive extrema: Non quã refe-  
runtur ad media. Sic enim sunt disparata. Itaque non V. C.  
Corvus non est albus. Ergo est caeruleus, flavus, &c. Vid.  
supra Disparatorum Canones.]

## ELENCHUS

Adversorum committitur I. Cùm pro Adversis  
ponuntur, quæ revera adversa non sunt. ut, Filius Dei  
est genitus. Ergo non est aternus. Hector est fortis. Ergo  
non est temperans. Sursum est Christus. Ergo non deorsum.

[Hæc



[Hæc enim non aduersa, sed diuersa sunt.]

II. Si aduersa mediata sumantur pro immediatis  
ut, Aër non est frigidus. Ergo est calidus.

[Potest enim esse tepidus.]

III. Cùm in utroque Aduerso non sunt æqualis  
gradus, ut, Mala opera damnant. Ergo bona saluant.

[De hoc exemplo vid. sup. c. 16. Canon. Contrariorum]

Hæc de Contrariis affirmantibus; restant Negantia.

### CAPUT XVIII.

I. **C**ontraria Negantia sunt, quorum alterum ait, alterum negat idem.

[In Contrariis negantibus dua sunt affectiones. I. Affirmatio, quã significatur natura siue qualitas, quæ reuerenti quid est, seu subiecto inhaeret. Ut virtus significat habitum bonum inclinantem ad actiones honestas; Vita significat energiam vivendi in anima. II. Negatio, quæ significat prius affirmatam vel negationem, ut non virtus, quæ alia quavis negatur, quæ virtus non est; vel Privationem, mors, quæ vitæ siue facultatis vivendi extinctionem significat. Hic observa. I. Dicitur contraria negantia Synecdochæ part. pro toto, à fortiori nimirum. II. Non sicut affirmantia definiuntur, quorum utrumque affirmat: Ita & negantia definiuntur, quorum utrumque negat. Quia 1. alterum hinc affirmat: alterum negat. Et 2. in puris negantibus non rationis usus. III. Sicut Affirmatio, ita & Negatio est Critica iudicii propria: alia Topica quæ huiusmodi Topicè negare est arguere rem non esse, siue undiquaq; in determinato subiecto. Atq; ita est simplex siue incomposita & nuda argumentorum, seu singularum notionum negatio sine compositione, complexione & dispositione axiomatis ut, Est, non est: Ens, non Ens. Petrus, non Petrus. justus, non justus: Lux, tenebræ; Vita, mors. At si conjungo hæc & dico, Petrus non est justus; axiomatis est negatio. IV. Enunciantur interdum negantia expræ-

negatione: aliquando implicita seu occultata, cum nempe verba non habent negantem vocem. Intellectus tamen percipit.]

## 2. Suntq; duplicia: Contradicentia & Privantia.

[Sicut negatio vel est absoluta, quæ tollit omne ubivis quod negat; vel determinata, quæ in certo tantum subiecto negat, in quo affirmatum suam naturam inesse poterat. Ita et pro ratione negationis, negantium contrariorum species constituuntur duæ; Contradicentia, in quibus est Negatio absoluta; & Privantia, in quibus determinata. Ad illa spectat nihil negativum seu contradictorium, quod simpliciter negat esse, ita ut nec subiectum maneat, nec subiecti affectio; ad hæc Nihil privativum.]

NB:

## 3. Contradicentia sunt contraria negantia, quorum alterum negat ubique (& absolute.) Græcè dicuntur ἀντιφάσιμα.

Ubiq; negare, est ita illud quod affirmatum erat, negare, ut nulla certi naturalisq; subiecti ratio habeatur, sed negatio se ad quavis extendat, quæ non sunt, idque simpliciter in omni rerum genere, ut, *Homo, non homo; Iustus, non iustus.* Hic non homo; non iustitia, ubique negatur, quia negat hominis & iustitiæ essentiam inesse in re qualibet, quæ non fit homo vel iustitia.

[Nota 1. Contradicentia rectè inter Dissentanea ultimo loco, non primo collocantur. Sunt enim I. Contraria negantia. At negatio est posterior affirmatione. 2. Mensurantur à contrariis affirmantibus. Affirmatio enim est mensura negationis. At mensura prior est naturam mensurato. II. Differunt Privantia & Contradicentia in hoc. Quod negatio Contradicentium est absoluta, ideoq; communior & generalior. Privantium verò est determinata de illo tantum subiecto, in quo affirmatum suapte naturam inest. III. Negatio in Contradicentibus est adverbium Negandi NON, & hinc

NB:

Et huic equipollentia alia, ut, Nihil, nullus, quidam non  
 in aliquibus etiam prepositio IN in compositione, ut Justus  
 non justus, vel injustus; Nullus homo. Omnis homo.  
 Omnis homo, quidam homo non. Sic sensu negationis  
 Ajo, nego; pono, tollo; construo, destruo. Aliquam  
 tropicè & proverbialiter contradictoria junguntur, ut, homo  
 bestialis, quasi non homo, sed bestia; æramentalis  
 gnea, hoc est, non ærea, gladius ficulneus, &c. IV. In  
 iudicium Adversorum & Contradictentium sic animantia  
 vertes: Pius & impius adversa sunt: pius non pius contra  
 dicentia sunt. V. Contradictentium quedam ex æquo  
 & universaliter contradicunt, ut, Omnis, Nullus, Nihil  
 Vbiq;: Est, non est. Quedam non ex æquo & partem  
 lariter, ut, Nihil, Nonnihil: Omnis, Quidam non: Nihil  
 aliquis: ubiq;, non ubiq;. II. Quedam Contradictoria  
 directa, qua prima statim oppositione contradicitur, ut, Pauper,  
 dives, non dives: Quedam indirecta, qua consequenter  
 Homo non loquens, nec ridens, nec disciplina capax.  
 III. Quedam est expressa seu explicita, ut, volo, non  
 bella, non bella. Quedam implicita, cum sine expressa  
 negatione consequens tollit antecedens, ut, Cadaver  
 dum, lapis ligneus, corpus incorporeum. Dicitur  
 Contradictio in Adjecto. VI. Ad Contradictentiam  
 tur etiam argumentatio per Contrapositionem, quæ  
 universali affirmativa ducitur per contrapositionem nega  
 tivam à genere ad speciem; ut, Resipiscentes salvantur. Ergo  
 ergo qui non salvantur, non resipiscunt. Omnis homo  
 est animal. Ergo quicquid non est animal, non est ho  
 mo. Item, A contrario sensu, cum subjecto & predicato  
 adduntur negationes in alterâ propositione, etiam si non  
 conversio, & tum V. C. quando subjectum & predicatum  
 sunt paria, ut, Resipiscentes salvantur. Ergo non resipiscen  
 tes non salvantur.]

Exempla inventionis  
Contradictentia.

Afirmans.	_____	Negans.
Esse.	_____	Non esse.
Homo.	_____	Non homo.

Vivere.	_____	Non vivere.
Iustus.	_____	Non iustus.
Bella, puella, dives.	_____	Non bella, puella, dives.
Christum diligere.	_____	Christum non diligere
Verbum Dei audire.	_____	Verbum Dei non audire.

Hinc enunciata conficiuntur ex contradicentibus binis ejusmodi: Si mortui sunt miseri, mortui non possunt non esse. Homo non est non-homo. Si homo vivit falsum est hominem non vivere. Iustus non est non iustus. Si Fabulla est bella, puella, dives; non potest non esse bella, puella, dives. Si Christum diligit, qui precepta ejus observat, non diligit, qui non observat. Si ex Deo est, qui verbū Dei audit; ex Deo non fuerit, qui non audit.

In quæstionibus dubiis disputandis efficacissima est Contradicentium vis & usus; imprimis cum vel ad absurdum, vel ad contradictionem adversarii ratio reducitur. Sic Thema erat Attici Epicurei; Mortuos esse miseros. Illud evertit Cicero à Contradicentibus. Quia scilicet qui non sint, esse dicantur. At mortui non sint, &c. Idem Cicero disputat portentum non esse. Quia aut potuit fieri, aut non fieri. At neutrum. Sic Paulus. Iudæi non sunt amplius populus Dei; Quia vocavit Deus populum suum, qui non erat populus suus. Iudæi verbum Dei contemnent, non sunt ex Deo. Quia audientes verbum Dei tantum sunt ex Deo, non audientes verbum Dei non sunt ex Deo, Ioh. 8.

Sic Contradicentia sunt; Dico, non dico; amicus alter, non amicus alter; Dormiens, non dormiens; Bene, non bene; Et, non et; Si, non si; Aut, non aut; Va, non va; Si animal est aut homo aut bestia, non est non aut homo aut bestia; Si armis homo erectus, non est nullus erectus. Rom. 7. Non quod volo, facio bonum: Sed quod non volo, malum. 2. Cor. 1. 13. Fidelis Deus, quod sermo noster erga vos non fuit etiam & non. Nam Dei filius Iesus Christus, qui inter vos per nos predicatus est, non fuit etiam & non, sed fuit etiam in ipsa. Contradicentium sunt hi CANONES.

I. Contradicentia carent medio,

Contradicentia enim sunt omnia: & Contradictio est inter Ens & non Ens, inter quæ medium non datur.

[Intel-

[Intellige si contradictio sit completa & perfecta in rebus perfectis; In imperfectis medio admisso determinatur ex diversitate, ut quod nascitur est quod in fieri, non simpliciter est vel non est, sed quodammodo est vel non est; Cuius enim materia rei est, dum adhuc movetur, dicitur res quidem, sed non absoluta esse. Sic est & non est potentia actu. Sic ergo Contradictoria recidunt in diversa, quod per juniores notavit Libav. f. 161.]

II. Posito vel affirmato uno contradictorium, necessario tollitur vel negatur alterum  
 & contra.

Negato contradictorium uno, affirmatur alterum.

Ex duobus enim contradictoriis alterum falsum esse necesse est.

Duæ contradictoria non possunt esse simul vera, & simul falsa; sed cum una vera est, altera necessario falsa est.

Ab affirmatione unius Contradictorii ad negationem alterius valet consequentia vicissim contra. ut, Deus non vult mortem peccatoris. E. falsum est Deum velle mortem peccatoris. Deus vult omnes salvos fieri. E. falsum est Deum non velle omnes homines salvos fieri.

**NB:**

III. In omni contradictione 1. Idem subiectum de eodem prædicato. 2. Secundum idem. 3. Simul sive eodem respectu, & 4. Eodem tempore, affirmari aut negari debet.

Non ergo sunt Contradictoria; Homo sentit. Lapis sentit. Ergo lapis & homo sunt contradictoria. Quia dicuntur de eodem subiecto. 2. Christus est ex patribus; Christus non est ex patribus. Quia non dicuntur secundum idem. 3. Christiani sunt liberi; Christiani non sunt liberi. Quia non dicuntur eodem respectu. 4. In viam gentium ne abierit.

to in universum orbem terrarum. Quia non dicuntur de eodem tempore.

IV. Neutrum Contradictionis membrum contineri debet in altero, sive implicitè sive explicitè. Non ergo est Contradictio. Omnes homines sunt electi: Nulli homines sunt electi. Quia omnes homines esse electos, nihil est aliud, quam nullos homines esse electos. Qui enim sumit omnia, nihil eligit.

## ELENCHUS

Contradicientium committitur I. Cùm contradicentia falsa pro veris ponuntur. II. Cùm apparens cõtradictio ponitur pro vera. III. Cùm alterutra contradicentium conditio canonibus explicata violatur. ut, Carilina perturbat Remp. Ergo Antonius non perturbat. Qui dicit se mentiri & verum dicit, is mentitur & non mentitur.

[Hic idem consequens, de antecedente eodem non affirmatur.]

Vir non vir, lapide non lapide, percutit avem non avem.

[Hic diversa sunt propter respectum alium.]

Purgatorium neq; est justorum, neq; damnatorum.

[Hic medium fingitur inter contradicentia, quod tamen non est.] Sequuntur Privantia.

## CAPUT XIX.

I. PRIVANTIA sunt contraria negantia, quorum alterum negat in eo tantum subjecto, in quo affirmatum suapte naturâ inest.

[Philippo dicuntur privativè opposita. Nomen autem habent ab altero oppositionis termino, privatione, quod per Synecdochen speciei toti generi tribuitur. Differentia Privantium, Contradicientium & Adversorum consistit in hoc;

*hoc; Contradicentia negant ubiq. Privantia verò tantum in subiecto habili & determinato. In adverbiumq. est naturale, & quidem in diversis subiectis. Sic, odor est naturalis in cygno; nigredo naturalis est in corvo. Privantibus verò alterum tantum est naturale, nempe privatio. Privatio verò nulli subiecto est naturalis. Sic, cui sit naturalis, nihil inveniri potest.]*

2. Affirmatum hinc dicitur Habitus  
Negatum verò Privatio.

3. Habitus est rei naturalis ad eam  
& præsentia in naturali subiecto:

*visus est naturalis habitus oculi: auditus: vis: vita anima: divitiæ divitis.*

[*Habitus non accipitur hic speciatim, ut vel in præsens camento Qualitatis, vel Habitus, sed in genere significat formam vel qualitatem rei quamlibet, sive sit diuina, sive diæterica, sive æterica, sive insit per inhaerentiam, ut vita viventibus; sive per adhaerentiam, ut divitiæ, per attributionem; ut, sustinere personam iudicis, regis. Nunquam verò pro habitu ponuntur ejus fundamenta; ut pro vita, caloris vitalis præsentia in aëre, & spiritu vite administro. Ab aliis definitur affirmatiua forma in subiecto, quod privari potest.]*

4. Privatio est ejusdem habitus  
eadem subiecto amissio, absentia, &  
extinctio. Sic, cecitas est privatio visus  
oculo: surditas auditus in aure: Mors  
paupertas divitiarum.

[*Privatio aliter in Logicis consideratur ac in Physicis. Quatenus enim est vacuitas formæ alicujus jam inchoanda, vel absentia formæ est, que aliquando futurum erit eatenus in Physicis; Quatenus verò est absentia formæ, que fuit vel esse etiam potuit, eatenus in Logicis consideratur. (sic prior est formæ sive habitus; Logica posterior.)*

5. Estq; privatio vel totalis vel partialis.

6. Totalis est, quæ & actum & potentiam simpliciter tollit.

*Dicitur aliàs Perfecta, vel Privatio simpliciter. ut, Cecus in oculo; Mors in animali, quæ & vitam & vitales operationes corrumpit.*

7. Partialis est, quæ actum tantum tollit, non potentiam.

*Dicitur aliàs Imperfecta; Item, secundum quid. ut, Somnus est privatio vigiliæ, quoad actum, non quoad potentiam vigilandi. Umbra & crepusculum lucis & diei.*

[Hæc itaque privatio non tollit habitum totum: aut si totum, relinquit tamen potentiam regressionis. Sic pauper factus divitias recuperare potest: Miser iterum felix esse potest. Alii distinguunt inter privationem, qua est mera vacuitas sive absentia habitus; ut fatuitas est simplex sapientia & nuda evacuatio: vel cum successione contrarii, ut deliratio, qua aliquando ad insaniam adscendit. Alia est etiam insitorum per naturam, ut, Oblivio est privatio memoriae naturæ insitæ; alia foris acquisitorum, ut qui ex divite fit pauper, ex equite fit pedites, ex conjugate fit cælebs. &c.]

Exempla inventionis promiscua.

PRIVANTIA.

Habitus sive affirmatum.	Privatio sive negatum.
Vita	Mors.
Videre	Cæcum esse.
Dives	Pauper.
Patria	Exilium.
Lux	Tenebra.
Sobrius	Ebrius.
Audire	Surdum esse.
Habere	Perdere.



E quibus axiomata conficiuntur ejusmodi; *Vivens Christo mortuus est mundo. Si Appius cæcus, non videt. Divites honorantur, pauperes contemnantur. In exilio actus non degit in patria. In tenebris degens non videt lucem. Qui ebrius est, sobrius esse nequit. Surdus varietatem cum audire nequit. Quas divitias luxuriosus perdidit, non habet.*

Adhibentur eadem pro argumento tertio in probandis Quæstionibus dubiis ab habitu ad arguendam privationem. *Paulus mortuus est mundo. Quia non vivit Christo. Cicero etiam Roma ejectus in exilium non abiit. Quia omne solum forti patria. Appius est cæcus. Quia non videt. Lazarus est pauper. Quia non est dives. Pauperes contemnantur. Quia divites honorantur.*

Vicissim à privatione ad arguendum habitum. *Paulus vivit Christo. Quia mortuus est mundo. Omne solum forti patria. Quia nullum ei exilium intendi potest. Appius non videt. Quia est cæcus. Lazarus non est dives. Quia est pauper. Divites honorantur. Quia pauperes contemnantur.*

Sic privantia sunt. *Loqui, tacere; amens, intelligens; Peritus, Imperitus; claudus, ambulans; valens, agrotans; Plenum, vacuum; illuminatum, opacum. 1. Joh. 1. 5. Deus lux est & tenebræ non sunt in eo. Johan. 8. 12. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. 2. Tim. 1. 10. Christus mortem aboluit, & vitam in lucem produxit. Luc. 1. 20. Tacebis, nec loqui poteris ad eum usque diem, quæ hæc sient. Si non est honestum esurire, nec edere erit. Horat.*

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane.

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Privantium sunt hi CANONES.

I. Si privantium est unum; non erit alterum.

Posito vel affirmato habitu, tollitur & negatur privatio: & contra.

Posita vel affirmata privatione, tollitur vel negatur

negatur habitus: & contra. ut: Visu præditus est. Ergo non est cæcus. Cæcus est. Ergo visu caret. Visu caret. Ergo cæcus est. Cæcitas sublata est. Ergo visus redditus est.

[Semper procedit Cæxon in privantibus immediatis. At in mediatis non item. Possunt enim in gradibus remissis privantia esse simul, certotamen ordine: ut in loco caliginoso parum lucis & aliqua tenebra simul sunt, nempe in crepusculo.]

II. Habitus est naturâ & dignitate prior privatione, sive actu sive potentia. Itaq;

Privatio præsupponit habitum, ut, Si Ap-  
pius cæcus est, habuerit prius visum necesse est.

[Intellige de privatione Logica: non Physica. Hac enim prior est formâ. Que pertinet & ha Regula ICTorum. Non videtur rem amittere, cujus propria non fuit: & Non videtur defuisse, qui nunquam fuit. Non ergo potuisti amittere cornua, si non habuisti. Non potuisti obli-  
visci eruitionis, quando non habuisti. Habitus aliâs prior est, quia est forma, & res positiva, & Ens, &c.]

III. Habitus & privatio sunt circa idem subjectum; ut, Animalis competit visus. Ergo etiam non nisi animalis cæcitas tribuitur.

[Itaque lapis non rectè dicitur cæcus, & piscis mutus, quia naturaliter neque illi visus, neque huic auditus competit.]

IV. Privatio (cùm per se nihil sit, & non Ens, sive mera vacuitas, & absentia habitus) nec qualitates habet nec effecta.

[Accipit autem ex modo considerationis. Atque ita sit aliquod Ens rationis. Definitur enim, distinguitur, consideratur.]

V. Privatio non tribuitur Subjecto, nisi quo tempore habitum obtinere per naturam

determinatum est. Sic canis ante nonum diem non recte dicitur cecus. Infans non recte dicitur edentulus.

VI. Privatio non incurrit in sensum.

[Nisi per accidens & secundario, quatenus enim quod tollit.]

VII. Privatio (totalis, perfecta) est praeter naturam.

[Non imperfecta, simpliciter. Sic somnus, quo minus resciuntur animalia, non est praeter naturam.]

VIII. A privatione (totali) ad habitum non datur naturaliter regressus. Qui ergo cecus est, non potest per naturam iterum fieri cecus.

[Excipe restitutionem miraculosam. Ita Christus multis visum restituit; Et singularem. Ita hircus excacatus peculiari herba sibi visum restituere Medici dicunt. At in privatione imperfecta sive partiali regressus fieri potest.]

### ELENCHUS

Privantium committitur I. Cum privantia non habentur, quae revera privantia non sunt. ut, Privatus dicitur mutus (Metaphoricè.) Ergo aliquando loqui potest. Paries non videt. Ergo est cecus. Socrates mortuus non sanus. Ergo aeger.

[Huc pertinet & ista cornuta argumentatio. Quia si non amisisti habes. Cornua non amisisti. Ergo cornua habes. Divitias non amisisti. Ergo divitias habes. vide Canon. 2.]

II. Cum totalis privatio ponitur pro partiali. Corpus nostrum est extinctus cinis, & spiritus ut cinis diffunditur, Sap. 2. Ergo nullus vivet.

III. Cum attributiones privantium non recte commodantur, ut: Visus est à Deo. Ergo cecus ac non videt.

Deo. N.V.C. Eadem enim causa remota potest esse habitus & privatio.

Adhuc de argumentis simplicibus : Sequitur de comparatis.

## CAPUT XX.

I. Comparata sunt argumenta prima, quæ inter se comparantur (seu, quæ ad invicem in aliquo conferuntur.)

[Comparata à comparando nomen habent. Comparare autem vocant res inter se adhibere, sic ut consideretur quomodo se habeant quali & quanto. In genere igitur comparata dicuntur ea argumenta, quæ ex comparatione nascuntur. Dum enim res in aliquo conferuntur, quæ hinc existit, notio sive ratio dicitur argumentum comparatum, seu, ex comparatione existens. Affectio autem inter ea, quæ comparantur, dicitur comparatio : quæ est comparationum in aliquo mutua habitudo. Differt autem comparatio Logica à Grammatica : Hæc enim est nominis tantum seu vocum; vel species dictionis excessum significans ad alterum relatum. Illa verò est ætatis sive habitudo comparati ad aliud comparatum. Sunt verò comparata argumenta prima, quia sua sunt originis. Arguendi enim vis & principium à priori non dependet aut oritur; verum naturam habent & propriam quandam inter se affectionem aliunde non acceptam. Sicut ergo Consentanea & Dissentanea argumenta prima sunt, quia consensionem & dissensionem ex prioribus non trahunt : Ita & Comparata prima sunt, quia Comparationis affectionem è prioribus aliis non desumunt. Quamquam enim comparationes desumuntur è causis, subjectis, adjunctis, dissentaneis, &c. à subjectis tamen Comparationis, sive ab iis quæ comparantur non recte infertur origo, aliàs etiam adversa forent orta, quia nonnunquam sunt causa, adjuncta, &c. Consentanea igitur & Dissentanea, quia qualitate aut quantitate conferri possunt, secundario huc referuntur, nec considerantur ut causa, ut effectum, &c. sed ut causa qualis, vel quanta, &c.]

2. Affectiones generales comparatorum hæ sunt.

3. I. *est*: Comparata aliquando breui contracta; forma enunciantur: quando explicata & plena: Vnde comparatio vel est implicita *brevis seu contracta*: vel *explicata seu plena*.

4. Contracta comparatio est, quæ notis brevibus indicatur, partibusque volutis contrahitur: ut, *homo bullæ levibus ventis*.

5. Eaque interdum vel uno verbo indicatur: ut, *Ficulneus, stramineus, mantinus*: Interdum pluribus; ut, *stramineum argumentum: frons adamantina: rosa similis rose; equus instar montis*.

6. Explicata seu plena est, quæ partibus suis plenius distinguitur & explicatur.

7. Partes ejus duæ sunt: *Antecedens* quæ dicitur *ἄνωθεν*, seu *propositio*: *Consequens*, quæ dicitur *ἰσχυρισμός*, seu *Redditio*.

8. Protasis est prior comparationis plenæ pars, quæ posteriorem arguit.

9. Apodosis est posterior comparationis plenæ pars, quæ arguitur.

Sicut *bullæ* velociter evanescit : hæc protasis est.  
Ita & homo velociter evanescit : Hæc apodosis  
est. Sicut *Luna* mutatur : protas. Ita & *stultus* :  
apodosis.

[Nota, interdum Apodosis dissimulatur & tacitè subin-  
telligenda relinquitur, ut in illo Virgiliano :

Nec sic immissis aurigæ undantia loris

Conculsere jugis, pronique in verba pendent.

Intellige, quàm socii *Aneæ* in pugna navali procur-  
runt.]

10. Explicata comparatio est vel  
Continua vel Disjuncta.

11. Continua est, quæ tribus termi-  
nis continuè cohæret. ut, *Sicut palma*  
*floret, ita & justus*. Termini hîc sunt tres :

1. palma. 2. florere. 3. justus.

[In continuâ comparatione quasi gradatim ex primo ter-  
mino ad secundum ; & ex secundo ad tertium similiter pro-  
ceditur ita tamen ut secundus sustineat vicem duorum : Con-  
sequens scilicet in Propositione ; & Antecedentis in Reddi-  
tione, hoc modo. Sicut palma floret, ita floret & justus.

Vnde sic ut eadem sit ratio secundi ad tertium, quæ est primi  
ad secundum. Dicitur continua, quia extrema in medio  
sunt usum.]

12. Disjuncta est, quæ quatuor ter-  
minis disjunctè explicatur ( quorum duo  
sunt in propositione, duo in Redditiōe, ut :

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,  
Tempore sic duro est experienda fides.

Hic termini sunt quatuor ; Duo in propositione, 1.  
aurum, 2. ejusdem in igne probatio. Duo item in Reddi-  
tione, 1. fidi amici. 2. eorundem in rebus dubiis experi-  
mentum.

13. Affectio II. Comparata ipsa  
parationis naturâ sunt æquè inter  
nota: non quidem ex rerum com  
ratarum naturâ, verùm è ratione Co  
parationis, in qua conferuntur:  
*Si hominem cum bulla conferas in vanitate,*  
*mitis par & equalis notitia fuerit. non quidem*  
*ex hominis & bullæ naturâ, verùm è vani*  
*ratione, in quâ conferuntur, quæ utrobique*  
*lis est.*

[Quia in comparatis instituitur collatio inter duo,  
 rum alterum notum vel notius, alterum ignotum vel  
 tius eo ipso, ut utrumque fiat æquè notum, aut saltem  
 taram comparationis fieri debeat. Si enim non sit, non  
 comparationis, sed alterius alicuius impedimenti eveni  
 puta, cum comparatio non legitime fuerit adhibita  
 cata. Semper ergo Comparata sunt æquè nota, si  
 No: citer & naturâ, sive quoad intellectum: alterum  
 altero notius nobis, sive quoad sensum nostrum. Et  
 vult Ramus dum addit: tamen si alterum altero  
 esse possit notius. Nota unum. In dissentaneis etiam  
 equalis notitia, sed quæ existit ex rerum ipsarum naturâ,  
 qualis autem notitia comparatorum non ex rebus ipsis  
 rum saltem comparatione oritur.]

14. Affectio III. Comparata ficta  
comparationis etiam arguunt & fidei  
faciunt) hoc est, verorum comparatorum  
vim habent.) sic, fabula & apologi arguunt,  
declarant & illustrant vi compari  
tionis, ac vera.

[Dicovi comparationis: non rerum ipsarum natu  
 râ. Extra enim comparationem mendacii speciem habet.  
 ut cum dico: Superbè à Deo puniuntur: & illud probat]

Exemplo ficto Icaro, qui à Deo punitus est. Hic licet factum Icaro fictum sit, nihilominus tamen vi comparationis arguit. Proprie autem hac affectio solis comparatis competit; in argumentis reliquis, ficta fidem nequaquam faciunt: cum ex falso verum probari non possit.]

15. Affectio IV. Comparata convenire debent in uno tertio, quod ipsis commune est. debent usari circa idem genus et utriusque

16. Tertium illud Comparationis est res illa, in qua duo comparantur sive conferuntur. ut, Apostoli & Evangelista quantur in pietate. Hic duo sunt argumenta: Apostoli scilicet & Evangelista. Tertium comparationis, in quo conferuntur, est Pietas. Sic Adamus & Abel aequè sunt Deo grati: Abrahamus & Lothus sunt aequales aetate: Iustus instar palmae florebit, &c.

[Dico Duo: Licet enim in comparationem res plures veniant, affectio tamen comparata simplex inter duos terminos arguentem & argutum comparatè manet. Nam plurium similes rationes in unum coeunt & stant pro una. Sic licet duo aut quatuor termini in comparationibus plenis collocentur, isti tamen non numerantur, sed rationes, quae ex collatione terminorum in quantitate vel qualitate resultant.]

CAPUT XX.

Tabella comparatorum.

Comparata sunt vel	Quantitate	Paria.	{	Majora.
		Imparia.		Minora.
	Qualitate	Similia.	{	
		Dissimilia.		

I. Com-



1. Comparata sunt vel in Quantitate, vel Qualitate.

2. Comparata in Quantitate, quæ ratione quantitatis comparantur.

3. Quantitas est, quæ res comparatæ quantæ dicuntur; *id est*, tantæ res, vel non tantæ & impares.

[De Quantitate agit Mathematicus, sed quantæ rationem & continuitatem: etiam Physicus, sed quantæ serie immersa: etiam Logicus, sed quoad omnes non entis est: seu; quæ res comparata in qualitate vel non tantæ dicuntur. Non igitur tantum est in ordine & numero, vel in rebus corporeis & materiæ, iam in qualitatibus ratione. Itaque si etiam de factis adjunctarum qualitatibus efficacia, præstantia, ordine, tempore, loco, celeritate, &c. agatur, hinc tantatis, ordinis, temporis, &c. est illa comparata. Sic cum dico: Aristoteles & Plato æquè docti. Hector & Achilles in fortitudine pares sunt. Hic Aristoteles & Plato iunctæ qualitate, cuius dignitas in utroque par est. Item comparata quantitas non est physica, sed moralis & fortitudo Physicæ quantitas non est, cum sit reum quid:) neque Mathematica (non enim est mensurabilis,) sed Logica.]

4. Est quæ vel Parium vel Imparium comparata.

5. PARIÆ sunt argumenta comparata, quorum quantitas una (æqualitas) eadem est: Hoc est, in quibus quantitas comparantur, neque intensior, neque extensior, sed quanta in uno, tanta etiam in altero est. ut, Si stultus cum lunâ sit conferendus, inconstantia quantitate: si ea tanta est in uno, quanto in altero.

Quanta in luna, argumenta paria fuerint.  
 [Quidam par & impar proprie dicunt esse numerorum:  
 sed in Logicis generalem sensum obtinent. Interdum etiam  
 in significatione laxâ pro simili & dissimili usurpantur: Sed per  
 aetate achresin & sensu saltem Grammatico. Strictè & Logicè  
 Quantitas tantum est parium & imparium: Qualitas tan-  
 tum similitum & dissimilium.]

6. Argumentum igitur paris est, cùm  
 par arguitur à pari.

7. Notæ comparationis parium cõ-  
 tractæ sunt, *par, pariter, æquale, æquare, æ-*  
*quus, æquè, æqualiter*: Item, negationes  
 imparium. ut, *non impar, haud dispar, non*  
*æquale, nec maius, nec minus, non latius,*  
*et angustius, &c.*

Comparationis verò parium expli-  
 citæ sunt hæ: *Idem quod; tam quàm; tam-*  
*quandiu; tantum quantum; tanti quan-*  
*to; tanto quanto; tot quot; tantopere quan-*  
*to; toties quoties; tam ac; æquè ac; non*  
*magis non minus, &c.*

Exempla inventionis.

Impararia	Comparat. Tertium.	Paria.
Umbra Crucis	levitas	ventus,
Abrahamus	peccatum	Lothus.
Petrus	Apostolatus	Paulus.
Coma	elementum	aqua.
Latro	evanescentia	fumus.
	scientia	Aristoteles.

E quibus axiomata conficiuntur ejusmodi. *Umbra*  
*Crucis par levibus ventis. Abrahamo & Lotho pariter*  
*Abrahamus par peccatis. Apostolatus Petri æquat se Apostolatus*  
*Pauli.*

Pauli. Ignis tam elementum est quam aqua. Homo  
ac fumus evanescit. Platonis scientia æqualis est  
velis.

Eadem Syllogisticè argumento tertio à patre  
tantur. Thema: Umbra Creuse apprehendi non  
Quia par est levibus ventis. Nulla est inter Abraham  
& Lothum respectu primæ originis differentia. Quia  
riter eis peccatum inest. Petrus non est preferendus  
Quia Pauli Apostolatus æquat se Apostolatus Petri  
licet circumducere sororem in uxorem. Quia idem  
& reliquis Apostolis licet.

Exempla alia. Patris, Filii & Spiritus Sancti  
divinitas, æqualis gloria, coætæna majestas. Symb. Ath.  
1. Cor. 11. 5. Existimo me non abfuisse ab Apostolo  
lentibus, hoc est, non inferiorem fuisse (hic negatur  
Rom. 3. 9. Nullo modo præcellimus gentes (hic  
tur majus.) Et cantare pares & respondere parati.  
Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt. Cic. Hel.  
ac pecus. Cic. Et nunc æquali tecum pubesceret ævo  
Sementium pulveri terre adæquabo, ut id qui natus  
possit, idem possit & pulverem numerare, Genes. 13.  
tam ficti praviq; tenax, quam nuntia veri. Virg. P.  
tem municipum tantidem, quanti fidem suam fecerunt  
Omne animi vitium tantò conspectius in se crimen  
quantò major, qui peccat, habetur, Juvenal. Tu autem  
sti tantum quantum quis fuge, Plaut. Ego tandem  
sco, quandiu ad te scribo, Cic. Tot mala sum passus  
in æthere sidera lucent, Ovid. &c.

Interdum tamen similitum notæ pro parium  
muntur. ut: Sic Deus dilexit mundum, id est, tam  
toperè. Sit tibi velut publicanus & Ethnicus, Mat.  
ubi velut ponitur pro pariter. Interdum notæ pro  
mittuntur: ut, cessante officio cessat & beneficium.  
ego non curo tuum, ne cura meum.

Observa hoc loco. I. Si bis bina contraria  
tur, comparatio parium fuerit. Bina enim contraria  
rationem ad alia bina habent. ut, Si licet inimicum  
sare, licebit & amicum defendere. Si dives ubiq;  
norabitur, pauper ubiq; despicietur.

[Illatio hac à pari procedit. Quia Contraria sunt Contrariorum consequentia.]

II. Tractatio etiam parium fuerit, quando provocati & lacesiti par pari reponimus. Vulgò dicitur Regeſtio, quando questionem questione ſolvimus. Sic Matth. 21. 23. dicunt Phariſæi ad Chriſtum, quâ poteſtate iſta facis? Chriſtus par pari referens regerit. Interrogabo & ego vos viciffim; Baptiſmus Johannis eratne è cœlo, an ab hominibus? Reſpondent illi nescire ſe. Regerit Chriſtus; at nec ego dicam, qua poteſtate iſta faciam.

[Huc pertinet concertatio paſtorum apud Virgil. Eclog. 3. ubi Damata ait. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo - tres pateat cœli ſpatium non amplius ulnas. Regerit Menalcas. Dic quibus in terris inſcripti nominaregum - naſcantur flores, & Phyllida folus habeto. In his & ſimilibus non eſt ſyllogiſtica conclusio, ſed axiomatiçâ diſpoſitione paria inter ſe equali ratione & diſſimilitate conſiſtunt.] Parium ſunt hi CANONES.

I. Quicquid de uno parium affirmatur vel negatur, id ſimiliter de altero affirmatur vel negatur:

Quicquid valet in re pari, valet etiam in re compari.

Nam

De paribus idem eſt iudicium.

Parium eadem eſt ratio.

ut:

Iraëlita propter idololatriam aliâq; peccata graviter a Deo puniti ſunt. Ergo & nos pari ratione graviter puniemur. Tutor debet fidem pupillo. Ergo & curator.

II. Cui convenit unum parium, eidem & alterum convenire probabile eſt; & contra.

ut: Mendacio ille delectatur. Ergo & furto.

Viro ſapienti convenit inceſſus tardus. Ergo & Oratio tarda.

[Dico probabiliter, non necessario. Quia interdum  
ter evenire potest.]

III. Paria paribus conveniunt. ut, Si  
di magistri summam discipulorum curam gerunt  
etiam Episcopi suarum ovium gerent. Si Do  
esurienti in casu necessitatis licuit vesci panem  
propositionis. Etiam discipulis Christi licuit  
Sabbathi vellere spicas ad sedendam famem.

IV. Si duo conveniunt eidem paria sunt.

Vel:

Quæ conveniunt in aliquo tertio, inter  
conveniunt; ut, Martialis & Maximus  
pstant æque alienas cœnas & eunt salutatum.  
go sunt pares.

[Intellige: quæ sunt paria, quatenus conveniunt  
in rebus est. Non igitur valet consequentia. Turca  
mundum à Deo conditum & mortuos resurrecturos.  
credunt Christiani. Ergo & Turca sunt Christiani.  
quæ in aliquo tertio conveniunt, non statim  
omnia in reliquis convenire necesse est. Sed saltem  
cætera sint paria, & nihil, quod imparitatem  
intercedat.]

#### ELENCHUS

Parium committitur, quando ea pro paribus  
nuntur, quæ tamen paria non sunt: ut, Israëlitæ  
sunt Ægypti vasa aurea & argentea. Ergo & nobis  
licet. Abraham immolavit filium. Ergo & recte fecerunt  
dei immolantes filios suos in Moloch.

[Dispar enim omnino ratio est. Israëlitæ de  
Ægyptiorum, itemq; Abrahamus de immolando  
lio, habuerunt peculiare mandatum Dei.]

Sic, Moses interfecit Ægyptium, Petrus Ananiam,  
& alii ministri Ecclesie impoenitentes interficere debent.

[Dispar est ratio. Quia Moses & Petrus fecerunt  
singulari impetu & motu Spiritus Sancti.]

## CAPUT XXII.

I. IMPARIA sunt argumenta comparata, quorum quantitas non est una (aqualis sive eadem, nec tanta in uno, quanta in altero.) ut, Si aurum cum argento conferas in bonitate, quantitas ejus inequalis fuerit: major enim & elatior in auro, minor & remissior in argento est. Aurum igitur & argentum imparia sunt. Horum hic est Generalis

## CANON.

Imparia non variant speciem: & multò minus genus, ut: Calor intensus & remissus: Fides languida & firma, licet differant intentione graduum, specie tamen & genere conveniunt.

2. Suntq; vel Majora vel Minora.

3. MAJORA sunt argumenta imparia, quorum quantitas (in comparatione) excedit (major est.)

4. Argumentum ergò majoris est, quando majus arguit minus.

5. Notæ Majorum sunt hæ. 1. Non solum, sed etiam: plus, quàm: malo hoc, quàm illud. 2. Comparativi & superlativi excessum significantes, ut: doctior, illustrius, majus, dignius. 3. Verba significantia comparationem, ut: Vinco, supero, excello, præsto, antecello, supra, ultra, & similia.

lia. 4. Negatio minoris, ut: non inferior  
non minus excellens, nulli secundus, non  
in mo loco, & si quæ sunt formæ alia,

## Exempla inventionis.

Majus	Tert. Compar.	Minus.
Anima	— præstantia —	corpus.
Homo	— ali & vestiri —	volucres cœli, &
Christus	— majoritas —	discipuli.
Virtus	— excellentia —	divitiæ.
Orator bonus		— rabula loquax.
Sapientia	— Spretio —	— simulatio prudentiæ.

Ea axiomaticè sic enuntiantur: Anima est præ-  
tior corpore. Christus major est discipulis suis. Si Do-  
lucres cœli & lilia campi alit & vestit, quanto magis  
nes? Virtus excellentior est divitiis. Spretitur non  
verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa veritas  
sapientiæ: Nec rabula solùm loquax, sed & orator bonus  
Sic & disputantur Quæstiones dubiæ, arguuntur  
tertio sumpto a Majori ad arguendum Minus  
corpori nostro necessaria dabit. Quia dedit nobis & dedit  
Apostoli patienter ferre debent crucem & perfectam  
Quia Christus ipsorum Magister & Dominus eandem  
patienter tulit. Non mirum est verbosam prudenti-  
lationem & rabulas sperni. Quia ipsa rerum Domini  
pientiæ & Orator bonus spernuntur. Divitiæ sola  
ciunt ad beatè vivendum. Quia nec virtus seipsa  
est ad beatè vivendum

Sic. Si terrena vobis dixi & non creditis, quomodo  
eam cœlestia credetis? Joh. 3. 12. Si Deus naturam aliam  
non pepercit: vide ne tibi quoque non parcat, Rom. 1.  
Si justus vix servatur: impius & peccator ubi comparatur  
1. Pet. 4. 18. Non solum gloriatur sub spe gloria Do-  
rùm etiam afflictionibus, Rom. 5. 3. Si ipsum patrem  
zebus nominarunt, multò magis domesticos, Mat. 23.  
Hector hic nihil effecerit. Ergo multò minus deus  
Senex. O passi graviora dabit Deus his quoque finem

*Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre sumptus ejus queat. Nedum tu possis, Terent. &c. Majorum sunt hi CA-  
NONES.]*

I. Si Majus est, etiam minus est: *Vel:*

Posito Majore: ponitur Minus: ut, Chri-  
stus pro nobis mortuus est, cum adhuc inimici  
ejus essemus. Ergo sanguine ejus justificati mul-  
tò magis servabimur. Itaq;

II. Si id inest, quod majus est, multò magis  
id inerit, quod minus est. ut, potest portare bo-  
vem. Ergo multò magis infantem. *Sen:*

Quod valet in re majori, valebit etiam in  
minori. ut, Christum nominarunt Beelzebub.  
Ergo multò magis domesticos.

III. Si id non inest, quod magis inesse vi-  
detur, nec illud inerit, quod minus inesse vi-  
detur. ut, Iustus vix salvabitur. Ergò multò  
minus impius.

[Valet hac Regula in his quæ gradibus distinguun-  
tur in eodem subjecto, cui inesse natura, vel certa or-  
dinatione debeant. Si ne calefacit quidem ignis, mul-  
tò minus urit. In voluntariis parvam vim habet, & in  
naturalibus mutatâ dispositione & facultate: ut, ne  
vermem quidem gignit ignea facultas. Ergò multò minus  
cinerem, &c.]

## ELENCHUS

Majoram committitur, cum majora ponuntur, quæ  
tamen revera majora non sunt, ut: Si Alexander non  
bene potuit pingere. Ergò nec Apelles potuit. Ille enim Apelle  
major fuit.

[Falsum est, quia Alexander tantum major fuit po-  
tentia & opibus, non arte pingendi.]

Ecclesia (Pontif. Romano) jus est in spiritualia. Ergò &  
temporalia, reges, dominia, imperia, &c.



[Sumitur hîc majus secundum quid, & non  
 nò. Spiritualia quidem Ecclesiæ primùm sunt  
 missa, sed non secularia: quia Ecclesia non  
 mundo.] Cic. pro

Deus Davidi condonavit adulterium & homicidium  
 multò magis furtum furi communi condonandum  
 [Pœnitenti Davidi remittit Deus majora: im-  
 zenti ne minima remittuntur. Valeret ergò  
 ri illatio, si cetera etiam se pariter haberent.]

## CAPUT XXIII.

I. **M**INORA sunt argumenta  
 ria, quorum quantitas (in  
 paratione) exceditur (minor  
 est.)

2. Argumentum ergò minor  
 quando minus arguit majus.

3. Notæ minorum sunt I. **N**  
 lum, sed ne: non hoc, sed illud: potius  
 quam illud: cum, tum: vix: vel satius.

II. Comparatio Grammatica,  
 do positivus ponitur juxta compa-  
 vum: vel comparativus juxta super-  
 tivum. III. Voces imminuentes  
 ut, leviculus, levior, vilior. IV. Neg-  
 parium & majorum, iis enim ne-  
 minus intelligitur.

[Interdum verbis Minora indicantur, ut lob. 28.  
 mas præponderat sapientia. Præferre salutem  
 suis commodis, Cic. pro Pomp. Interdum nulla

d, & non  
mum sunt  
a non est  
Cic. pro Marc.]

Exempla inventionis

Minus arguit. Tert. Compar. Majus arguitur.  
Corpus ————— prastantia ————— Anima.  
Lilium ————— dignitas ————— Homo.  
Alieni ————— amor ————— Fratres.  
Tyranni crudeles — savitia ————— Maledicus.

Axiomaticè hæc enuntiantur ita: Anima est corpo-  
re prastantior. Lilium multum cedit homini. Fratres sunt  
chariores alienis. Maledicus est savior crudelissimis Tyrannis.

Similiter disputantur argumento tertio ducto a  
Minori ad arguendum Majus. Animam Deus serva-  
vit. Quia corpus servat. Homini Deus de victu & amictu  
prospiciet. Quia lilia vestit, & volucres cæli alit. Fratres in  
misericordia constituti, non sunt deserendi. Quia alieni deserendi  
non sunt. Maledicus est omnium pessimus. Quia crudelissi-  
mus Tyrannis savior.

Sic. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si cæle-  
stia dixerò vobis, credetis, Johan. 3. 12. Posside sapientiam,  
quia auro est melior: & acquire prudentiam, quia pretio-  
rior argento, Proverb. 16. 16. Nunquid mulier oblivisci po-  
test infantem suum, ut non misereatur filii uteri sui? & si illa  
oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui, Esa. 49. 14. Vi-  
lius argentum est auro, virtutibus aurum. Horat. Non sunt  
paræ afflictiones presentis temporis gloria, quæ revelabitur  
nobis, Rom. 8. Omnes Icti Romani cum S. Sulpitio non  
sunt conferendi, Cic. Phil. 9. Nemo non modò Romæ,  
sed ne ullo Italia angulo oppressus are alieno fuit, quem non  
ad incredibile sceleris fœdus ascrivit, Cic. Catil. 2. Hæc vir-  
tutum genera non solum in moribus nostris, sed vix jam in  
libris reperiuntur, Idem. Nullius vestrum vel pilus ex ca-  
pite cadet, Actor. 27. 34. Eam plagam potius accipiam,  
quàm fato omnia fieri comprobem, Cic. de fat. Nonne fuit  
fastius tristes Amaryllidis iras. Atque superba pati fastidia?  
Optimum cum omnibus bonis utile est, tum præcipuè mihi,

Cicer. Philip. 3. Iro pauperior: Craso ditior: A  
lior. Facinus est vincere civem Romanum: scelus  
rare: parricidium necare: quid dicam in crucem tolli  
cero Verr. 7. (Hic gradatio est Minorum,) Sc.  
rum sunt hi CANONES.

I. Si minus non sit, nec majus erit. ut,  
minus Testamentum non licet violare. E.  
minus Dei Testamentum violandum erit.

II. Si id non inest quod minus est,  
minus id inerit, quod majus est. ut, Familia  
non potest regere. Ergo multo minus Rem  
eam.

Quod valet in re minori, valet etiam  
majori. ut, Non decet adversus parentes  
inacem esse. Ergo multo minus adversus De  
um.

III. Si id inest, quod minus inesse videtur  
& illud inerit, quod magis inesse videtur.  
Sabbatho licet servare bovem. Ergo multo  
magis hominem. Pluris est testis oculatus unus  
decem auriti, Plaur.

## ELENCHUS

MINORUM committitur, cum non minor  
quam minora sumuntur: ut, Si vicola possunt  
Ergo multo magis asini. Si puer potest recitare Ge  
ometricam. Ergo multo magis senex. Pueri & publicani  
sunt Deo. Ergo multo magis Pharisei & Cardinales.

[Elenchus Minorum est, Quia hic partim  
ordo immutatur, partim collatio e diverso  
rum genere sumitur.]

[Observa obiter Imparia aliter ab Aristotelicis  
Ramus proponi & tractari. Aristotelici in impari  
majorem & minorem probabilitatem respiciunt, ex  
Majus vel minus eliciunt. Majus igitur ipsis illud  
Quod majorem suæ probabilitas rationem

Gen, ut Philippus loquitur, quod magis inesse videtur, & ta-  
 men non inest. II. Hujus notam in conclusione esse  
 dicunt, Multo minus. III. A majori ad minus tantum  
 duci argumenta Negativa asserunt. Minus ipsis est  
 I. quod minus videtur esse probabile & credibile, mi-  
 nus certum, creditu difficilius, seu ut Philipp. dicit, quod mi-  
 nus inesse videtur, & tamen inest. II. Notam ejus esse di-  
 cunt, Multo magis. III. A Minori ad majus tantum  
 affirmativa duci argumenta ut, Questio sit, an sciat ho-  
mo novissimum diem? Neg. à Majori, Filius hominis nescit  
de die illo. Ergo multo minus homo alius. Sic; Pater vi Sena-  
 tus Consulti Macedon. non tenetur solvere pecuniam mutuo  
 datam filio sine mandato. Ergo multo minus eam quam alea  
 perdidit. Vicissim: Questio sit, An Deus curet homines  
& aliat? Affirm. à Minori, Deus curat & aliat boves, &  
alites, & lilia campi. Ergo multo magis curat & aliat homines.  
Passerculus non cadit absque voluntate Dei. Ergo multo ma-  
 gis homo non cadet absque voluntate Dei. At Ramei in  
Imparibus non rei probabilitatem impari, sed rem ipsam  
ejusdemq; veritatem, majorem præstantiam & dignitatem  
considerant. Ideoq; ipsis I. Majus est, cujus major est di-  
gnitas, præstantia aut pondus. Minus verò, cujus est  
 minor dignitas & præstantia. II. Notas istas pro di-  
 versitate illationis promiscuè cum in Majoribus tum in  
 Minoribus adhibent. III. A Majori ad minus affir-  
mativa: & vicissim, à Minori ad majus negativa duci  
argumenta volunt. Sit Questio: An Deus nobis velit da-  
re alimenta. Aff. Deus dedit nobis animam. Ergo dabit  
 alimenta. Similiter: Deus naturalibus ramis non peper-  
it. Ergo multo minus insititius. Si patrem nominarunt  
 Beelzebub. Ergo multo magis domesticos. Hic argumen-  
 tum est à Majori affirm. Quia anima: naturales rami:  
pater: præstantiora sunt quam corpus: rami insititii: dome-  
stici: vicissim contra: Filios familias non licet sine consen-  
su parentis aliquid alienare de bonis. Ergo multo minus lice-  
 bit ab alienare scriptum per contractum matrimonii. Si ter-  
 restria non creantur. Ergo multo minus cœlestia. Si saxa &  
 bestia tanta atrocitate moriuntur. Ergo multo magis homi-  
 nes.

nes. Hic argumentum est à Minori & quidem negativ. Quia minus est abalienare de bonis, quàm terrestria credere, quàm cœlestia: bestias moveri, quàm mines. Atque sic Rami sententia veritati magis videtur sentanea. Quamquam in usu conferendi perinde sit, Aristotelem, vel Ramum sequi mavelis, cum utriusque argumenti apud utrumque pro diverso respectu diversa commodatio.]

Sic fuerunt comparata in Quantitate; restant quæ sunt in Qualitate.

## CAPUT XXIV.

1. Comparata in Qualitate sunt, Qualitatis ratione comparantur.

2. Qualitas est, quâ res comparatæ quales dicuntur, hoc est, eodem modo affecta, vel non affecta ad eandem rem.

[Qualitas accipitur hic non physicè, pro energia tanquam instrumento naturaliter res Physicæ agunt. calefaciendi, facultas videndi in oculo, audiendi in auribus, &c. neque Prædicamentaliter, sed sicut in philosophia, quatuor saltem istis speciebus Habitui, potentie naturali, affectui & figura assignatur. Sed generaliter quavis affectione & facultate cujuscvis rei, ex quâ collata facta quavis res vel talis, vel non talis, similis vel dissimilis dici potest.]

3. Est quæ vel Similium vel Dissimilium.

4. SIMILIA sunt argumenta Comparata, quorum qualitas est eadem, vel dissimilis qualitatis affectio.)

Sic si justus cum palma sit conferendus in rebus

rescentia qualitate: quia ea talis est in iusto, qualis in palma, argumenta similia sunt. Convenientia verò & affectio inter hac duo similitudo dicitur. Alio verò nomine etiam proportio & Analogia: Similia verò Proportionalia & Analogica dicuntur.

[Hinc alii distinguunt similitudinem in similitudinem Proportionis, quam nos brevem & contractam nominamus: & similitudinem Analogicam, quam nos explicatam dicimus; eamq; in Continuum & Disjunctam dividimus. Definitiones earundem desumi possunt ex affectione generali comparatorum prima, sup. cap. 20. proposita.]

5. Notæ Similitudinis uno verbo contractæ sunt I. Similis effigies (imago, similitudo, typus, character (icon) more (modo, in modum, ritu) instar, tanquam, quasi, velut, veluti, sic, sicuti, ut, uti, ceu, quemadmodum. II. Negatio dissimilitudinis; non dissimilis, haud secus, haud aliter. III. Verba similitudinem indicantia; ut, refero: represento: imitor: æmulo: speciem exhibeo: appareo, &c.

Exempla Inventionis Similitudinis

Similia.	contractæ.	Similia.
Iustus	Tert. compar.	Palma.
Homo	Vigor	Bulla.
Stultus	Fragilitas	Luna.
Impius	mutabilitas	gluma.
	dissipatio	

Hinc axiomata uno verbo conclusa sive simplicia.  
 Iustus instar palma virescit. Homo instar bullæ fragilis.  
 L 3 Stul-

Stultus, ut Luna mutatur. Impius non secus ac gluma spatatur.

Sic: Iustus sicut Cedrus Libani crescit, Psal. 92. D. *bolus circumit* tanquam leo rugiens, 1. Petr. 5. Os *br* rosq; Deo similis, Virg. *Stulte quid est somnus gelida* mortis imago, Ovid. *Vos more hominum iudicatis*, Job. *Prætereunt anni more fluentis aqua*, Ovid. *Ceteri* rum modo vagantur: *Quidam pecorum ritu ad volu* tem omnia referunt, Cic. *Omnes tanquam indument* veterascunt; *vestis in modum te mutante, obsole* Psal. 102. *etas mea quasi fumus evanescit*; *membra* veluti torrens arefcunt, ibid. *Ne sim salvus, si aliter* ac sentio, Cic. *Affiduo labuntur tempora motu*. Non *ac flumen*, Ovid. *Imitari agros fertiles debemus, qui* multo afferunt, quam acceperunt, Cic. *Interdum* nota omittitur & subintelligitur. ut, *Homo bulla*. *steus candor, nivea lana, &c.*

6. Notæ Similitudinis partibus explicatæ sunt: *Talis-qualis: sicut-ita: quæ admodum-ita: ut-sic: non aliter-quam: secus-ac: ad eum modum quo, &c.*

Exempla Similitudinis continuæ tribus terminis continuè cohærentis.

Similia Continua.

Term. 1.	2.	3.
Magister	lavare pedes	Discipulus
Christus	obmutescere	agnus.
Deus	consolari	matr.
Arbor ad ripam	fructum ferre	Pius.

Hinc conficiuntur axiomata constantia terminibus, qui æqualiter se habent ad medium. *Sicut Dominus & Magister vester lavi pedes vestros: Ita & debetis alter alterius pedes lavare, Iohan. 13. 14. & admodum agnus coram tondente obmutescit: Ita & Christus, Esa. 53. 7. 1. Pet. 2. Ut mater consolatur filios suos: & ego consolabor vos, inquit Dominus, Esa. 95.*

[In his & similibus sunt tres termini: & sicut se habet primus ad secundum, sic secundus ad tertium: ut, Quemadmodum se Christus habuit ad discipulos: ita & discipuli debent se habere ad condiscipulos, &c.]

Exempla Similitudinis Disjunctæ terminis distinctis quatuor constantis.

Similia Disjuncta.

Term. 1.	2.	3.	4.
Aurum	Ignis	Fortuna	Fides.
Gubernator	tempestas	Fortuna	Sapiens.
Auditor	carmen	sopor	Fessis.
Ecclesia	Christus	mulieres	Viri.

E quibus axiomata conficiuntur composita hujusmodi. Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides. Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis; Sic sapientissimi viri fortunæ impetum persapere superare non possunt, Cic. Tale tuum carmen nobis divine Poëta, Quale sapor fessis in gramine, Virg. Sicut Ecclesia subjecta est Christo; Ita & mulieres viris suis in omnibus, Eph. 5. 24. Ut remiges sine gubernatore, ita milites sine Imperatore nihil valent.

[In similitudine disjunctâ termini sunt 4. & sicut prior se habet ad secundum, sic tertius se habet ad quartum; & reciprocè & alternè. Sicut se habet aurum ad ignem, sic se habet fortuna ad fidem amicorum. Ut se gerit Ecclesia erga Christum: ita uxores erga maritos, &c.]

Sic & quæstiones dubiæ disputantur argumento tertio à simili. Anima est immortalis. Quia est imago Dei. Homo non debet respondere Deo. Quia figmentum non respondet figulo, Rom. 9. Pio semper bene erit. Quia instar palme florebit, & sicut Cedrus in Libano multiplicabitur, Psal. 92. Noli indignari malis, neq; irriteris zelo erga iniquos. Quia tanquam gramen demetentur, & velut herba virens marcescent.

[Similia non probant, sed illustrant, hoc est, suâ naturâ tantum sunt illustratoria, seu declaratoria. Non enim arguunt argumenta demonstrativa ac necessaria, sed probabilia.]



*bilis. Interim tamen, quia per ea innotescit aliquid, quod se quoque vim probandi habet, & ipsis nonnunquam affectio argumenti probantis, unà & ipsa probant, quod accidenti & sic pro argumento tertio adhiberi possunt.]*  
 milium sunt hi **CANONES.**

**I. De similibus idem est iudicium.**

*Similium eadem est ratio: ut, Deus perdit mundum primum diluvio propter peccata. & nostrum perdet propter peccata.*

**II. Similium collatio facienda est in partibus, quæ congruunt, & non in quibus dissentiunt.**

*[Ubi enim non est convenientia qualitatum, non est similitudo. Et si partes sint dissimiles, non coheret. Exemp. Bonus princeps non differt à bono patriamiliâs, ait Xenophon. Differunt sanè. Quia princeps est status politici: Paterfamiliâs verò Oeconomici. At quæ sunt similia non differunt. Sic ergo à simili argumenti Patrifamiliâs est cura, ut filios commendet piis & doctisceptoribus. Ergo & magistratus cura erit, ut subditipiores habeant.]*

**III. Simile simili illustratur:**

*Simile simili amicum;*

*Simile gaudet simili:*

*Simile conservatur à simili.*

**IV. Omne simile est etiam dissimile: et**

*Simile non est (prorsus) idem:*

*Omnis similitudo claudicat:*

*Simile non currit quatuor pedibus.*

*[Non enim necesse est similitudinis partes per omnia congruere, quia sic dissimile non esset, neq; simile esset; Sed simpliciter idem: semper ergo in similibus sunt circumstantiæ dissimiles. Licet verò similia per se sint diversa, comparatione tamen circa eandem qualitatem sunt unum: ut nix & lac unum sunt comparatâ albedine.]*

Simile non est idem nempe simplici affectione, tanquam eadem sit causa, idem effectum, genus, species, numerus, eadem numero & subiecto qualitas. [Etc.]

V. Similitudinis membra latius extendenda non sunt, quàm fert ipsius rei proprietas.

[Secus si fit, fallacia similium committitur. Hac regula potissimum in parabolis observanda. Nihil enim periculosius est, inquit Erasmius Sarcerius, quàm ludere similitudinibus, præsertim in assertionibus dogmatum fidei. Hic ergo attendendum dictum Chrysof. Non in parabolis urgenda sunt singula verba & membra præter & extra institutum, ad quod in scripturis adhibentur: nec inde extruenda alia dogmata, quàm quæ scriptura inde sumenda demonstrat.]

## ELENCHUS

Similium committitur I. Cùm similia ponuntur, quæ tamen non sunt, ut: Si Musa est generis fœminini, etiam Poëta est generis fœminini.

II. Cùm in vero tertio non conferuntur, sed latius extenduntur: ut, Sicut navis nova est melior veteri, ita & amicitia nova est melior veteri. Regnum cœlorum est simile grano sinapis. Atqui sinapi est acre. Ergo & regnum cœlorum est acre.

[N. V. C. quia regnum cœlorum in scripturâ non comparatur in acrimonia, sed in diffusionem & amplitudine, vide Matth. 13. v. 31.]

Diogenes Cynicus est canis. Ergo est rabiosus, quadrupes, irrationalis.

[Non V. C. quia comparationis tertium mutatur: Confertur enim cum cane in invidentia & imprudentia.]

In resurrectione erunt pii, sicut angeli Dei. Ergo erunt incorporei.

[Non V. C. Non enim conferuntur in corporeo, sed dispositione ad conjugatam vitam inepta, vide Matth. 22. 30.]

III. Cùm similitudo est obscura, inepta & longius petita,

petita, ut: Pl. 8. 7. *Omnia subiecisti sub pedes eius*  
*& boves universos: insuper & pecora campi: volucres*  
*& pisces maris. Unde Papistæ inferunt: Homines*  
*seculo viventes sunt sicut pecora campi: anima in purgato-*  
*rio sunt sicut volucres caeli. Ergo Papa data est potestas*  
*hominibus mundanos, animas purgatorii, & beatos in caelo*  
*possit eos Canonizare.*

Hæc de Similibus: Restant Dissimilia.

### CAPUT XXV.

I. **D**ISSIMILIA sunt argumeta comparata, quorum qualitas est diversa (*dissimilis, non eadem, non una.*)

[Vox Diversa hoc loco non est notio secunda, hoc est accipitur sicut supra c. 14. Vbi peculiarem Dissimilitudinem categoriam denotat; sed ut notio prima, & denotat quod vox alia, non una, non eadem. Quia alia quælibet siue affectio in eo est quod arguitur, alia in eo quod arguitur. Quomodo verò dissimilia & diversa differant, vid. alibi loc. Disparia quoque affinia sunt Dissimilibus, quia in habitu una consideratur. Differunt aliâs quantitate quali. Disparata etiam coincidunt, cum Similibus & Dissimilibus. Differunt autem comparationis defectu. Si multa simul simpliciter considerata sunt disparata: Si autem comparationem à Quali vel Similibus, vel Dissimilibus præcedunt. Libav. fol. 355.]

2. Notæ Dissimilitudinis contrariæ sunt. I. *Dissimilis: dispar: differens: aliter: aliud: secus: discrepans: aliter.* II. *Comparatio Similitudinis: ut, non similis: non eadem (scilicet qualitate.)* III. *Veritas Dissimilitudinem significantia: ut, non congruo: non respondeo: non quadro.*

## Exempla inventionis Dissimilitudinis contractæ.

Dissimilia	Tertium	Dissimilia.
Christus	Ovium cura	Mercenarii.
Sapiens	mutabilitas	Luna.
Deus	mendacium	Homo.
Reges gentium	Dominatio	Apostoli.

Enunciantur eadem axiomaticè hunc in modum.  
 Dispar est cura ovium Christi & Mercenariorum. Dissimilis est Luna mutabilitas sapientis constantia. Non similis est Deus hominibus in mendacio. Reges gentium dominantur, vos autem non sic.

Sic, Deus quis similis sit tibi? Psal. 71. 19. Quis in nubibus æquabitur Domino? Psal. 86. Stella differte à stellâ in claritate, 1 Cor. 15. 41. Dispar es mores disparia studia sequuntur, Cic. Aliud est maledicere, aliud accusare, idem. Non eadem mea, quæ vestra sunt cogitationes, Esai. 55. Paulò secus à me atq; ab illo partita sunt.

3. Notæ dissimilitudinis explicatae sunt: Non ut-ita: non sicut hoc-ita illud: non quemadmodum-sic: non talis-qualis: non tam-quam, &c.

## Exempla Dissimilium Explicatorum.

Dissimilia	Tertium	Dissimilia.
Equi	anteponere	amici.
Deus	miseriordia	homo.
Abrahamus	Christum interficere	Judai.
Peccare	facilitas	à peccatis emergere.

Eadem plenius axiomaticè sic enunciantur. Non quemadmodum equis vetulis solemus anteponere teneros? Sic amici novi anteponendi veteribus. Non ut Deus misericors est, ita & homo. Non ut Judai querebant Christum interficere, ita & Abrahamus. Non sicut peccare facile est, ita facile est à peccatis emergere.

Sic. Non sicut delictum, ita & donum: & non sicut per unum peccatum, ita & donum, Rom. 5. Non qualis est solis

*solis occasus & ortus, talis etiam est hominum. Non [Mut  
bonus Poëta Catullus fuit, quàm Cicero Orator p[ro]militer c  
Interdum tamen ponuntur sine notis: ut, Val[er]ia, ali  
bent foveas suas & volucres cœli nidos: Filius autem III.  
nis non habet, ubi caput suum reclinet, Matth. 8. 20. ut, Si bon  
vus in cœlo cognovit tempus suum: populus autem mercenarius  
cognovit iudicium Domini. Jerem. 8. 7. — Faci [Inep  
scensus Averni: Sed revocare gradum superasq[ue] narius co  
dere ad auras, Hoc opus hic labor est. Hacte*

Sic & quæstiones dubiæ è Dissimilibus Syllog[is] TA a pr  
disputantur, ut: *Non quæ ratio est piorum, eadem est  
impiorum. Quia hi tanquam à vento turbantur: et  
tanquam palma virescunt. Christus non est Mercenarius  
Quia Mercenarius veniente Lupo fugit ac deserit oves  
stus verò animam suam dat pro ovibus. Princeps non  
exhauriat subditos. Quia dissimilis est lupo, Præceptor  
crudeliter tractet discipulos. Quia secus se habet ac  
nus. Dissimilium sunt hi CANONES.*

I. Dissimilium dissimilis est ratio.

II. De dissimilibus diversum est iudicium.

III. Si dissimilium unum sit, non est  
terum, ut, *Si bonus pastor non ut mercenarius  
oves deserit, certè nec ipse deserendus erit. Ab  
mum. Ergo. Coniux non est instar mancipii  
quo maritus habeat jus vitæ & necis. Ergo  
est habenda.*

#### ELENCHUS

Dissimilium committitur I. Cùm adhibentur  
Dissimilia, quæ tamen non sunt, ut: *Pontifex Romanus  
non agit ut lupo ovinâ vestitus. Ergò non est interpretandus  
sed ut pastor sincerus recipiendus.*

[Imò similimè agit. Idèò repellendus & fugiendus.]

II. Cùm comparationis tertium mutatur  
*Abrahamus est dissimilis Lot ho. Abrahamus fuit pius  
Lot non fuit pius.*

[Mutatur hic comparationis tertium, quia dissimiliter conferuntur non in pietate, sed in ætate, forma, aliisque bonis.]

III. Cùm attributio est incommoda & inepta; ut, Si bonus pastor animam pro ovibus datus rectè facit. Mercenarius sua commoda quarens non est homo.

[Inepta est attributio, cùm sit dicendum; Mercenarius commoda sua quarens non rectè facit.]

Hactenus de argumentis primis; sequuntur ORTA a primis.

## CAPUT XXVI.

ORTA argumenta sunt, quæ perinde sunt ad id quod arguunt, sicut prima unde oriuntur.

Orta dicuntur, quia originem & arguendi affectionem a primis trahunt. Appellantur & Derivata.

[Argumenta orta sive derivata naturam primorum ex quibus derivantur, retinent, & qua vis, natura, emphasis & energia est arguendi in primis, eadem etiam est in ortis.]

Quemadmodum igitur illa se mutuo arguunt vel consensione vel dissensione, vel comparatione; Ita & orta ex causis eâ vè arguunt, quâ causâ; orta ex subjectis & adjunctis, eâ quâ hac ipsa; orta ex dissentaneis & comparatis, virtute dissentaneorum & comparatorum arguunt; ut justus est argumentum ortum ex justitia, quæ est causa justitiam formati.

Qua ergo vis causa formalis effectum formatum arguit, ea justitia justitiam; & vicissim, qua effectum formatum causam formativam, eâ justus justitiam. Sic Flora (florum Dea) argumentum ortum est ex floribus, qui sunt subjectum occupans circa quos conservandos Flora Dea occupata. Qua ergo vis & energia est arguendi in subjecto occupante & adjuncto occupato, eadem etiam est in Florâ & floribus; & vicissim contra. Perinde ergo se arguunt orta, ut prima à quibus oriuntur. Differunt nihilominus orta, à primis. I. Prima sunt originis; Orta non sunt sua originis. II. Orta arguunt


guunt ut prima, veruntamen non ex se, à se, & per se. *mentia c*  
 dario & symbolice. III. Affectio primorum *pio va*  
 plex atque distincta; Ortorum verò mixta est, *[ Dicu*  
 conjuncta. IV. Licet similis arguendi vis eis in *stirps, fon*  
 men nominibus aliq; inveniendi via in oris *aliqua ori*  
 adeoq; forma & arguendi modus quasi per adu *conjugata*  
 aliquod in istis immutatur. ] *stirpe & f*

2. Suntq; duplicia; Nominalia  
 Realia.

3. Nominalia sunt, in quibus  
 na seu voces argumenta faciunt:  
 ex uno tantum primo derivantur  
 & simplicia dicuntur.

4. Suntq; Conjugata & Notata  
 [ Nominalia dicuntur, quia nominum saltem  
 bulorum ratio in illis investigatur, qua nimirum sunt  
 originis, ut, justitia, justus, juste: aut qua cum ratione  
 rebus sint imposta, ut homo, hominis nomen ex ho-  
 humo desumptus, sortitus est. Dicuntur ab alio  
 ctionis, λεξεως. ]

Tabella Ortorum.



5. Conjugata sunt nomina

menta orta nominalia) ab eodem principio variè deducta.

[Dicuntur conjugata, quòd sub uno quasi principio, stirpis, fontis & originis iugo sint. Quacunque ergò ab unâ aliquâ origine, sive ab uno aliquo primitivo derivantur, ea conjugata sunt. Sic à fortitudine tanquam à primitivâ stirpe & fonte deducuntur fortis, fortiter; à Justitia justus, iuste, &c. Affectio verò inter conjugata dicitur conjugatio, quæ est ratio mutuaq; inter conjugata habitudo. Oriuntur autem conjugata tantùm ex argumentis consentaneis, sive absolutè, sive modo quodam consentientibus. Ideoq; & consentaneorum symbolum eis inest, & seu consentanea se mutuò arguunt: unumq; ad alterum se habet, vel ut causa ad effectum vel ut subjectum ad adjunctum, & contra. Quando verò nomina dicuntur, intellige per nomina generaliter quamvis vocum ab eodem fonte derivationem, sive nomina fuerint, sive verba, sive adverbia, sive participia; Sic amor, amo, amatus, amabilis, amabiliter: amicus, amicè, amicum, amicalis, &c. Conjugata sunt. Vbi nota: licet argumenta ista Grammaticis vocabulis appellentur, res tamen non sunt Grammatica, sed notiones mentis propter similitudinem quæ rationi intercedit cum oratione sic appellata. Versatur igitur Grammatica circa nomina quoad significationes, sive quoad Etymologiam & Syntaxin: Logica verò quoad notiones conceptuum mentis, & quatenus facultatem aliquam complectuntur rem arguentem: & sic nihil aliud sunt quam rerum notæ; seu ad differendum spectantes nominales significationum interpretationes. Aristoteles inter Conjugata & Casus distinguit. Iustitia, justus, justa, ei conjugata sunt; iuste, justitia, casus. Sed tamen quia secundum eandem conjugationem dicuntur omnia, & eodem modo à primis suis derivantur, ad eandem classem referuntur. Est enim æqualis ratio derivandi in vocibus diversis; ut, sicut à justo derivatur ad verbum iuste; Sic à casto castè; à forti fortiter; ab Amo amari, &c.]



6. Conjugatorum quædam sunt abstracta, quædam sunt concreta.

[Alii distinguunt in conjugata primùm sic didicere & nomine conjugata sunt; ut doctrina, doctus, doctum, doctor. Vbi radix Logica sive formale principium doctrina; & in conjugata, quæ per similitudinem sunt, & hæc appellantur casus; Vt crudeliter, fideliter, verecunde. Illa dicuntur & primaria, hæc secundaria.]

7. Abstracta sunt, quæ modum significandi simplicem: seu solam formam significant: ut, fortitudo, amicitia, doctrina.

8. Concreta sunt, quæ modum significandi compositum: seu formam cum formato vel subiecto notant, ut: iustus, fortis, amicus, doctus.

[Abstracta dicuntur, quod ab omni composito abstracta, sive ab omni composito significandi libera sint. Sic doctrina abstractum est, quia significat nudam formam sive simplicem rationem per se consideratam. Concreta verò à concrescendo, quia forma sine subiecto quasi concrevit, ut, Doctus concretum significat non solum formam (doctrinam) sed similitudinem sive subiectum, nempe hominem doctum, sive doctrina præditus est. Hic ergò observanda duo. I. Abstracta sunt naturâ priora, adeoque principia concretorum. Sunt enim 1. simpliciora concretis. Sunt 2. formativa. Sunt 3. id per quod, sive quo concreta sunt.]

II. Abstracta sunt conjugationis fons & principium. Sic iustitia logicè est forma & causa iusti, iustorum, iustifico, &c. Sic, logicè quantitas est forma quanti, iustitiam est id, unde iusti: quantitas est id, unde quanti dicuntur. verò est ratio derivationis Grammaticæ: Hic Genitivo iusti iustitia: & à quanto quantitas dicitur.

nota & hoc. Philippus Abstracta ait esse nomina Substantiva. Concreta vero adjectiva: Sed hoc simpliciter verum non est: Sunt enim & concreta quedam substantiva, ut nomina officialia & generica: homo, custos, princeps. Ideo Libavius distinguit inter Concreta Adjectivum, quod nomini subjecti sui adjectum, id declarat, ut, doctus, fortis, sapiens; hoc enim declaratur subiectum homo, vel simile: & Genericum, quod vi generica arguit id cuius est concretum, ut, pater, dux, custos, filius, Philosophus. Philosophus enim philosophiam tanquam inhaerens sibi adjunctum habet, custos habet inhaerentem custodiam, princeps principatum. Sic in Theologia concreta sunt, homo, Deus, Christus, pater, filius: Abstracta, divinitas, humanitas, paternitas. Alii distinguunt inter Concreta Synonymicum, quo significatur substantia, ut, Deus, homo, animal; & Paronymicum, quo significatur aliquid accidentale, ut calidus, temperans, justus, &c.]

Exempla inventionis.

	Conjugata.		Conjugata.	
	arguens.		argutum.	
Causa	Iustitia	_____	Iustus	} effect.
	Terra	_____	Terrenus	
	Libertas	_____	Liber	
effect.	Miles	_____	militia	} caus.
	Continens	_____	continenter	
Subj.	Homo	_____	Humanus.	Adj.
Adj.	Regius honor	_____	Rex.	Subj.

Ex his conficiuntur axiomata ejusmodi. Qui iustitia pradius est, iustus est. Qui e terra est, terrenus est, & terrena loquitur. Libertate utentes liberi sunt. Si Baptista milites recipit manentes in officio, approbavit militiam. Qui continenter vivit, continens est. Homo suus, humani a me nihil alienum puto. Rex est honore regio dignus.

Sic. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccaverit, & impietas impii non nocebit ei quacunque die conversus fuerit, Ezech. 33. Potente poterit tormenta patientur, Sap. 6. Primus homo de terra terrenus, secundus caele-

stus Dominus de caelo est, 1. Cor. 15. Optimum est rō  
 primarum principium, Timæ. Locrus.

Libertas quoniam nulli jam restat amanti,

Nullus liber erit, quisquis amare velit.

Similiter disputantur quæstiones dubiæ, argu  
 to tertio ducto à conjugatis : 1. à Conjugata  
 Boni viri justi sunt. Quia justitia praditi sunt. 2. à  
 jugato effecto. In Deo, summa est benignitas. Quam  
 gnissimè nobiscum agit. 3. à Conjugato subjecto.  
 hamus humanis casibus obnoxius est. Quia homo est.  
 Conjugato adjuncto. Rex videtur iste. Quia reg  
 ribus ornatus est. Conjugatorum sunt hi CASO

I. A Conjugatis ducuntur argumenta  
 affirmativa tum negativa. ut, Doctus est lau  
 bilis. Ergo & doctrina est laudabilis. Inj  
 non est laudandus. Ergo nec injustitia laud  
 erit.

[Nota: Conjugata negata semper firma  
 necessaria. Affirmantia verò tum demum necesse  
 sunt, si habitus est constans & longo usu confirm  
 Non ergo V. C. Cambyfes detraxit iniquo judici pellen  
 justus est. una enim actio non parit habitum.]

II. Conjugatorum uno posito, ponit  
 alterum :

Quod uni conjugatorum convenit, con  
 nit etiam (suo modo) cæteris : & contra.  
 Christianus es. Ergo Christianè tibi vivendū  
 est. Architas in civitatem adscriptus est.  
 cives est. Non justè agit. Ergo justus non est.  
 stus non est. Ergo nec justè agit.

III. Cui tribuitur concretum (res per  
 cretum significata,) ei etiam tribuendum  
 tractum (res per abstractum significata) &

trā: Cui tribuitur abstractum, eidem etiam  
 tribuendum concretum. Dici enim de aliquo  
 requirit inesse, ut, *Aristides est justus. Ergo  
 iustitia in eo sit necesse est: vicissim: iustitia præ-  
 ditus est. Ergo & iustus est. Iosephus est castus.  
 Ergo in eo est castitas: & Castitate præditus est.  
 Ergo castus est.*

Rursus: De quo negatur concretum, de  
 eodem negatur & abstractum: & contra: ut:  
*In nive non est calor. Ergo nix non est calida.  
 Therfites non est formosus. Ergo non inest ei for-  
 mositas.*

[Attende tamen hic, ut id quod de aliquo dicitur sive præ-  
 dicatur reverā in se, nec concreta de se invicem prædi-  
 centur, per accidens, aut alterum conjugatorum refe-  
 ratur ad aliud. ut, non V. C. Grammatica non est pietas.  
 E. Grammaticus non est pius. Lac album est dulce. E. dul-  
 cedo est albedo. Formositas non est candor. E. Candidi non  
 sunt formosi. In his enim est prædicatio per accidens.]

## ELENCHUS

Conjugatorum committitur I. Cū ambiguitas  
 est in conjugatis, ut cū vel ex posse, sive potentia in-  
 fertur esse, sive actus, ut: *In Pontifice potest esse sanctitas.  
 Ergo recte dicitur sanctissimus: vel ex dispositione sive  
 actione una, infertur habitus, ut. David rapiens alie-  
 nam conjugem, tyrannicè facit. Ergo Tyrannus est. Ille bibit.  
 Ergo ebrius est. Somnum capit. Ergo somnolentus est. Iam  
 dicit verum. Ergo verax est.*

[N. V. C. quia in antecedente significatur disposi-  
 tio: In consequenti habitus.]

II. Cū id quod concreto inest per accidens pro-  
 prer aliud, abstracto tribuitur simpliciter, ac per se, ut.  
*Oratores everterunt Respubl. Ergo Oratoria evertit. Iurisper-  
 ritus est auri cupidus. Ergo & Iurisprudencia est auri cupida.  
 Theologi sunt ambitiosi & contentiosi. E. & Theologia con-  
 tentiosa est.*

[ N. V. Quia per accidens Rhetores Respublicas  
tunt; Jcti sunt auri cupidi: & Theologi contem

III. Cùm diversa argumenta confunduntur  
*Peccatum est à Diabolo. Ergo & homo peccator est à*  
*Diabolo.*

[ N. V. propter confusionem adjuncti, quod est  
catum, & subjecti, quod est homo. ]

IV. Cùm conjugata paria non sunt, ut; Ille  
*tractavit ut consularem. Ergo nec ego tractabo eum*  
*sulem.*

[ N. V. quia dispar est ratio. Est enim major  
contulis, quam tractationis consularis. ]

Hæc de conjugatis, sequitur NOTATIO.

## CAPUT XXVII.

I. **N**otatio est argumentum ortu  
quo nomina rebus imposita  
interpretamur. *Seu:*

Notatio est nominis interpretatio

*Dicitur Aristot. Symbolum, Etymolog. paraphrasew*  
phrasew interpretatio.

*Nomen* est cujuslibet rei vocabulum; seu, vo  
res appellatur, ejusque natura declaratur; sive  
Grammaticæ nominum voces, sive verba, sive  
*ficantia*, quæ vulgò partes indeclinabiles vocantur.

*Nomen interpretari* hîc idem est, quod inquire  
minis alicujus originem, & causam indagare, &  
stiusmodi rei nomen impositum sit, & quomodo  
turam ejus arguat. *Itaque Differentia inter Gram*

*cam & Logicam notationem hæc est; Grammatica*  
tio, considerat tantùm accidentia & proprietates vocum  
rundemq; interpretationem, quæ vocibus non ex verum  
ficat arum, sed ipsarum vocum natura accidunt; quæ

*Nomen, Casus, Declinatio, Figura, &c.* Logica  
tatio nomina interpretatur, nominumq; rationem  
*sam investigat, cur scil. rebus imposita sint.* Exemp  
Gram

Grammaticus interpretaturus vocem hominis dicit esse singularis numeri, figura simplicis, nominativi casus, generis masculini, declinationis tercia, &c. Logicus verò rationem investigat, cur homini hoc nomen impositum sit, nempe ex causa materiali, quia ex humo desumptus est. Terra autem ad hominem se habet, ut causa materialis ad effectum materialium. Itaq; hac notatio est à causa materiali. Breviter; Grammatica notatio spectat vocem quæ vox est; Logica quæ rei symbolum est. Hic observa arguendi vim hic non esse inter rem & notam rei (nam ita pertinent ad adjuncta & subjecta) sed inter nomen (notam Libar. vocat) & notationem sive nominis interpretationem vel expositionem; sive nomen sit unum vel plura, simplex vel constructum; quo sensu & integræ phrasés huc revocantur. Itaque ad hanc classem non tantum refertur 1. Etymologia, qua significationem vocum simplicium explicamus, easq; ex origine declaramus. Sed & 2. Paraphrasis, phraséos expositio, nec non orationis vel partis alicujus interpretatio uberior. 3. *Ἐπιφρασις* enarratio sententiarum & orationum. 4. *Περίφρασις* circumscriptio, sive enuntiatio verborum per ambages. 5. *Μεταφρασις* translatio simplex, sive interpretatio de verbo ad verbum, &c.]

2. Notatio desumitur ex omnibus argumentis primis, tum consentaneis, tum dissentaneis, tum comparatis.

Exempla inventionis.

Nomen	Notatio.	
Senatusconsultum	— quod Senatus constituit.	ex caus. effic.
Homo	— ab humo.	è Mater.
Ἀνθρώπος	— ἄνω ἀθρόων, vel ἄνω	è Form.
	ἑστῆσαν ὄντα	sursū vidēs.
Focus	— à fovendo	} ex effect.
Iesus Salvator	— à salvando	

M S

Pomo

Flora	à floribus	} ex Subj. occup.
Pomona	à pomis	
Mellona	à melle	
Mulier	à mollitie	} ex adjunct.
Bambalio	à balbutie	
Lucus	q. minimè lucens	} è dissentia
Bellum	q. minimè bellum	
Ludus	quod longè absit à ludo	
Pyropus	q. ignis flammam imitans	} ex comparat.
Chrysothomus	q. aureum Orationis flumen	

Exempl. alia Ex caus. Non ultra vocabitur nomen  
*Abram*, sed *Abraham*. Quia patrem multarum gentium  
constituit, Genes. 17. Hec vocabitur *virago*, quia de  
sumpta est, Genes. 3. Stat vi terra sua, vi stando vestra  
catur, Ovid. Hujus erat *Solemus Phrygia* comes unus ab  
A quo *Sulmonis* mœnia nomen habent, Ovid. *Libare* dicitur  
q. labiare, id est, primis labris attingere. *Victima* qua de  
cecidit victrix vocatur. *Hostibus* à domitis *hostia* nomen  
bet. Ovid. Ex Effect. *Iuste* vocatum est nomen ejus  
Nam binâ me vice supplantavit, Genes. 27. A petendo  
tulantia, à precando, id est, poscendo procacitas nominata  
Cicero. *Fides* nomen habere videtur cum sit quod dicitur  
idem. *Luna* à lucendo nominata est, Idem; *Sol* dicitur  
cum exortus obscuratis ceteris syderibus solus apparet, Idem  
Ex subj. *Regiones dicta*, quod olim sub regibus essent. *Primo*  
dies tibi *Carna* datur; *Dea cardinis* hac est, Ovid. *Avidus*  
q. avidus eris. *Vinum Rhenense*, quia ad *Rhenum* crevit.  
*Profanus* quasi procul & longè à fano. Ex adjunct. *Iosephus*  
gnominatus *Barnabas*, hoc est, filius consolationis, Actus.  
*Jacobus* locum illum *Phanuel* vocavit, quod ibi Deum pro  
sens presentem vidisset, Genes. 32. *Peculium*, q. pusillum  
patrimonium. *Iupiter Elicius* dictus, quod precibus elicitur.  
tur. Ex dissent. *Dis* quia minimè dives. *Parca*, q. minime  
parcentes. *Morus* (arbor baccifera) *stulta* dicta, q. minime  
stulta, quod novissime germinet, & cum postremis folia amittit.  
*Adulter* & *adultera* q. ille ad alteram, & hac ad alterum  
Ex comparat. *Frater* q. ferè alter dictus, Cicero. *Lapideus*

thum herba, quia foliis linguam bovis refert, *Ochsenzung*.

Hic observa ad Notationem ex Dissentaneis refer-  
 rica quæ vulgò dicuntur per *ἀντίλεξις* & *ἀντίφρασις*,  
 & inter figuras Rhetoricas referuntur. Quanquam  
 exempla notationis è dissentaneis ab aliis aliter expli-  
 centur & aliò referantur. Similiter ea quæ per *Ono-*  
*matopœiam* facta dicuntur, referri ad Notationem ex  
 comparatis. In his enim notatio est vocis à simili rei,  
 cui imposta est, sono: ut, *susurrus, taratantara, bom-*  
*barda, &c.*

Sed & disputantur Quæstiones dubiæ à notatione  
 arguente nomen. *Christus rectè dicitur Saluator. Quia*  
*salvum fecit populum suum. Ille meritiò dicitur Iacob. Quia*  
*binà vice me supplantavit. Adam rectè dicitur homo. Quia*  
*ex humo desumptus est. Homo rectè dicitur ἀνθρώπος.*  
*Quia sursum faciem vertit. Ille Theologus rectè dicitur Chry-*  
*sostomus. Quia aureum orationis flumen fundit.*

Vicissim à nomine ad arguendam sive disputandam  
 notationem. *Christus populum suum salvum faciet. Quia*  
*est Saluator. Adam ex humo factus est. Quia dicitur homo.*  
*Homo sursum faciem vertit. Quia verè dicitur ἀνθρώπος.*  
*Aureum fundit orationis flumen; Est enim Chrysost. Iste*  
*est balbus. Quia appellatur Bambalio, &c.* Notationis  
 sunt hi CANONES.

I. Cui competit notatio (interpretatio) ei-  
 dem verè & nomen competit: Et contrà. Cui  
 non competit notatio, eidem nec nomen  
 competit. Et contrà. ut, *Christus salvat populum*  
*à peccatis suis. E. rectè dicitur Iesus sive saluator.*  
*Christo tribuitur nomen Iesu. Ergo & saluator*  
*erit. Imperator Rudolphus imperium auget. Ergo*  
*rectè dicitur Augustus. Nero non auget impe-*  
*rium. E. non rectè dicitur Augustus. Itaq;*

II. Cùm notatio est adæquata notato, valet  
 consequentia affirmativè & negativè, ut: *Est*  
 pro-



propheta. E. prædicit futura. Non prædicit futura. E. non est propheta.

[Omnis notatio debet constare verbis perspicuis, discretis, quibus ambiguitas tollatur, & obscuritas iustretur. Non igitur quævis notationes probanda & adhibenda, sed ista; quæ 1. rem ipsam explicant, & cum re conveniunt. 2. quæ desumptæ sunt ex argumentis præscientificis, causis sc. effectis, itemq; subjectis, adjunctis, concomitantibus, comparatis, &c. 3. quæ probantur communi judicio, consuetudine publica, usu linguæ & experientia. 4. quæ viosius originem vocum non inquirunt; nec 5. levicula, jocosæ, fortuitæ, & à nomine dissentiant, nec deniq; 6. in finitum procedunt, sed in ultimo aliquo acquiescunt. Hæc omnia sunt, & firma inde argumenta deduci possunt. In omni notatione & interpretatione vocum & phrasum propria & genuina inspicienda est significatio, unde sumitur sensus literalis proprius, quem verba ipsa immediatè & proprie referunt. Proprio cum destituuntur, assumendus est figuratus, quarenda concinna interpretatio, quæ sit analogâ fidei, & recte rationi. Quò pertinent hæc Regula. Verba in definitionibus sunt propriè intelligenda. 2. Verba secundum materiam actus, de quo agitur, intelligi debent. 3. Verba si non possunt stare secundum propriam significationem, intelliguntur secundum impropiam. 4. Verba dubia secundum præcedentia & sequentia intelligi debent. 5. Pauciora debent intelligi secundum plura. 6. Quilibet est interpretis suorum verborum. 7. Talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse à subjectis, &c.]

III. Cùm notatio latiùs patet notato, vult consequentia tantum negativè: ut, *Cibus non est multis communis. E. non est cæna.* Cæna enim dicta quasi *κοινή* vescerentur, non privato dimenso diurno.

IV. Unius nominis diversæ possunt esse notationes, pro diversâ nimirum applicatione.

Sic. *Lethum* (mors) aliis dicitur, quasi minimè  
latum: alius *lethum* a leo quod mors omnia deleat:  
aliis λήθη, oblivio.

*Bellum* q. non bellum: aliis q. duellum: aliis à beluis quod  
beluarum proprium sit, dicitur. *Lucus* q. minimè lucens, aliis  
à lucendo quod sacrificiorum ignibus totus luceat. *Ludus* q.  
procul à lusu, aliis q. promixè ad lusum, qui puerorum pro-  
prius est, &c.

## ELENCHUS

Notationis committitur I. Cùm falsa & ridicula  
nominis adducitur interpretatio, ut: *Causa* dicitur, qua-  
si cavissa. *Oratio* quasi oris ratio. *Presbyter* quasi præ aliis  
bibenster. *Monasterium* q. *Monachorum* spacium.

[Harum ridicularum notationum pleni sunt scho-  
lasticorum & barbarorum libri, quæ facilè à peritis  
exploduntur.]

II. Cùm notatio ponitur pro allusione, vel cum  
eâdem confunditur, ut, *Testamentum* dicitur quasi testatio-  
mentis. *Aulicus* q. ἀὐτὸς λύκος & ipsissimus *lupus*.

III. Si notatio arbitrio hominum rebus & perso-  
nis imponitur: ut, *Bonifacius* dicitur à bonum & facio.  
Ergo est *beneficus*. *Christophorus* q. *Christum* ferens. Ergo  
*Christum* humeris portare debet.

IV. Cùm nomen est angustius, aut generalius no-  
tatione, ut, *Grammatica* dicitur à γράμμα, id est, lite-  
ra. Ergo tantum docet rationem scribendi & literarum. *Se-  
natus* dicitur à senibus. Ergo tantum senes in senatum co-  
optandi sunt.

V. Cùm attributio & accommodatio falsa est, ut:  
*Humus* bruta est & sensu caret. Ergo & homo brutus est &  
sensu caret, &c.

Si fuerunt argumenta Orta Nominalia; sequun-  
tur Rea: 2.

## CAPUT XXVIII.

I. ORTA REALIA sunt, in quibus  
arguen-

arguendi vis consistit in rebus ipsi  
quæq; ex plurimis argumentis primi  
oriuntur: *Vnde, & dicuntur compo-*  
*sita.*

[*Alii Orta rei seu essentia nominant. Res enim hinc de-*  
*buuntur & definiuntur.*]

2. Suntq; Distributio & Definitio

3. Distributio est, cum totum distri-  
buitur in partes: *Seu:* est argumentum  
ortum Reale, quo totum in partes  
distribuitur.

[*Distributionis nomen hic accipitur latius: Ita ut  
visionem & partitionem & distinctionem suo ambitu  
plectatur. Alii Divisionem assignant distributioni  
in species. Partitionem, distributioni integri in sua  
Distinctionem, distributioni subjecti per adsuncta. Prae-  
dit autem distributio definitionem, quia facit ad  
niendam definitionem. Definitio enim constat genere &  
mâ. Genus autem ad distributionem pertinet, sicut  
cies, cuius etiam in definiendo exigitur ratio. Alias si  
dum respicias, definitio semper est prior. Aliud autem est  
etare res ipsas, aliud methodum doctrinae prescribere. Haec  
gò sic concilia. Doctrina distributionis posterior est  
tione usu: prior autem est naturâ, intelligentiâ, atque  
stitutione: seu, distingue inter definitionem ipsam, &  
doctrinam definitionis, &c. Distributionis verò relatum  
arguit, est Distributum, quod est res quæ dividi & distri-  
bui potest. Intelligitur autem Distributum de potentia  
q; subjectum sit dividendum: Distributio verò magis actus  
distribuenti siue motum istum resolutionis quâ partes  
significat. Ex opposito tamen notat etiam partes, quæ  
butione factas, ut inter distributionem & Distributum  
arguendi sit reciprocatio mutua.]*

4. Totum est, quod continet par-

tes, in quas distribui & distingui potest:  
 Sic Dialectica totum est, quia continet partes in-  
 quas dividitur, nempe inventionem & iudicium.  
 Homo totum est, quod complectitur partes, ani-  
 mam & corpus.

[*Observa.* I. Totum à Philosophis constituitur quadri-  
 plex. 1. Totum perfectionis. 2. Totum potestativum.  
 3. Totum Mathematicum. 4. Totum Logicum. *Prio-  
 ra tria ἀνώγως ita dicuntur, quia propriè & Logicè partes  
 non habent, sed analogicè, quo sensu Deus dicitur totum &  
 anima, &c.* II. Pars & Totum sunt simul relatione  
 temporis. *Partes sunt priores toto.* 1. ratione constitu-  
 tionis, quia totum constituunt. 2. ratione inductionis,  
 quia multa partes invehuntur ad constituendum unum to-  
 tum. *Totum est prius partibus ratione perfectionis &  
 usus.*]

5. Pars est quæ continetur à toto.

Sic elocutio & pronuntiatio partes sunt Rhetori-  
 ca, quia sub Rhetorica tanquam toto comprehen-  
 duntur. Anima & corpus partes sunt hominis.  
 Homo & bestia animalis.

[*Philipp.* nomen Totius & partis accipit angustius; To-  
 tum enim tantum assignat integro. Partes verò tantum mem-  
 bris. At generaliter hic totum sub se comprehendit Genus  
 & integrum. Pars verò Membra & species. Alii distinguunt  
 in Totum proprium, quod habet partes verè sic di-  
 ctas. ut Genus & integrum: & Improprrium, quod non  
 habet partes verè sic dictas: ut, *Causa respectu causa-  
 rum: Subiectum respectu adjunctorum, & contrà.* Item inter  
 partem propriam, quæ refertur ad totum proprium;  
 ut species & membrum, & improprrium, quæ refertur ad  
 Totum improprrium, ut, *cum dividitur causa per causa-  
 tum, subjectum per adjuncta, & contrà.*] Distributionis  
 generales hifunt CANONES.

I. Inter Distributionem & Distributum,  
 Totum

Totum & partes mutua est reciprocatio.

Distributum, (*totum quod distribuitur*) arguit Distributionem (*partes distributione etas,*) & vicissim ab iisdem arguitur.

[Ratio est, quæ partes toti sunt adæquata, illudque surant. Ideo nonnunquam etiam in ratione æquivalenti penuria vocum pro toto partes unitas ponere sæpe nos sæpe ita exigunt circumstantia; ut cum in Logica binæ partes loco generis nomen non habentis ponimus, quod familiare esse in Logica constat.]

II. In Distributione partes debent consentire cum toto (*debent esse homogeneæ toti*) inter se verò dissentire.

Quò partium cum toto consensus arctior inter se verò dissensio capitalior, eò distributio est perfectior. Sic, Homo rectè dividitur in animam & corpus. Partes enim (anima & corpus) consentiunt cum toto homine quem constituunt tanquam cause cum suo effectu: Dissensio verò inter se tanquam contraria. Anima enim immortalis nunquam esse potest corpus mortale neque corpus anima.

[Ex his constat 1. perfectissimam esse distributionem, ubi totum & partes sunt causæ & effectum: partes enim consentiunt absolute: partes autem inter se sunt elementa contraria adversa, in his enim inimicissima est dissensio. Debilem esse ex diversis & relatis, quia aliquæ partes totum consentire debent. At id quod ne est, quomodo consentiet? Constat 2. non esse distributionem, cum partes consentiunt, ut, Nix est frigida aut alba. Album enim est frigus consentiunt: vel cum a toto dissentiunt, ut, aqua est humida vel sicca.]

III. Distributio a subiectæ rei natura p-

tiatur, debet esse διχότομη, bimembris.

[Dichotomiae enim omnium sunt optimae: 1. quia magis sunt naturales: nam natura semper agit secundum breviora. 2. quia magis logica, cum major sit inter duo quam quatuor diffensio. Interdum vero si dichotomia haberi nequit, adhibetur & trichotomia & tetrachotomia: ut, bona fortuna alia sunt corporis, alia animi, alia fortuna. Casus obliqui sunt quatuor, Genitivus, Dativus, Accusativus & Ablativus.]

IV. Distributio (*perfecta*) debet esse adæquata toti distributo: hoc est, neq; latior, neq; angustior, sed reciproca, ita ut nihil desit, nihil redundet.

[Dico perfecta, quia nonnunquam vel ex hypothese divisiones instituuntur, vel ex communi docendi consuetudine, aliquibus interdum relictis, residuum saltem distribuimus. In perfecta autem vel exacta distributione omnia, quae toti insunt, sunt comprehendenda, nihilq; extraneum inferendum.]

V. Omnis distributio debet fieri in entia, non vero in NON ENTIA (nisi forte ex hypothese.) ut: Status hominum post mortem aut est in caelo, aut in inferno, aut in purgatorio. Terra partes quinque sunt, Africa, Asia, Europa, America & Utopia. Distributiones haec vitiosae sunt, quia neque purgatorium, neque Utopia est.

VI. Omnis distributio debet constare verbis perspicuis, & rem ipsam, ut in se est, declarantibus.

[Itaq; constans ambiguis vocibus est vitiosa: Nomina enim ambigua nihil significant, & nil certi menti representant, ut: hominum alii sunt oves (simplices) alii ovipēs (callidi).]

VII. Divisio fieri debet (in methodicis distri-

*distributionibus*) in membra proxima, p[ro]ximata & immediata.

[*Distributio enim non debet facere saltum: Distributio non adscendit, sed descendit. Sic, Logica statim dividit argumentum in absolute consentaneum modo quodam: Sic enim membra proxima, prima & immediata transultoria levitate prateriret, sed incipit ab artu progrediendo ad primum, & primo ingreditur ad simplicem ad consentaneum, &c. Vbi observa in descensu*  
 I. nullum membrum intermittendum. 2. in eo genere distributionis permanendum.]

VIII. In distributione partes debent eiusdem ordinis & naturæ cum toto.

[*Partes enim legitime distributionis mensurantur & ordinantur ad totum: quæ autem ad aliud tanquam partem referuntur & ordinantur, non possunt esse eiusdem naturæ & ordinis. Proinde falsa est distributio Baptismi in interiore & exteriori ablutionem. Partes enim cum toto natura non sunt, nec inter se homogeneæ.]*

IX. In distributione partes non debent dividere per seipsas.

[*Distributio enim fieri debet per noëma aliud, quod totum disjungat, ita ut illud sit q. mensura totius.]* Totius partes generales sunt hi CANONES.

I. Omne totum majus est qualibet parte: Impossibile est enim partem totum majorem esse.

II. Partes singulæ continent minus totum: Partes simul sumptæ & coordinatæ continent totum.

III. Quicquid concluditur de toto communitur partibus inest: Et: Quicquid concluditur de partibus, idem communitur toti.

[Libavius hac ita declarat. Et totum & partes habent aliquid singulare, quo alterum ab altera differt. Totum enim non est partes, neq; partes totum. In his autem que toti insunt, Communiter, quia eadem etiam partibus oportet inesse, alias communiter toti non inessent, sed singulariter in relatione alterius ad alterum etiam hoc modo reciprocatio est, ut, si totum est substantia, communiter accipiendo id in quantum habet partes, necesse etiam est partes esse substantias. Si totum bonum est, communiter etiam partes bona sunt, & contra. Sed non si totum est genus, vel subjectum, vel adjunctum, vel integrum, etiam partes sunt genera, subjecta, &c. quia hæc non communicantur in relatione ad partes, &c.]

## ELENCHUS

Distributionis committitur in genere, quando generales distributionis regulæ violantur, ut, Cum Rhetorica dividitur in inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, & pronuntiationem.

[Inventio enim, Dispositio & memoria sunt in Rhetorica heterogenea.]

Cum Ecclesia dividitur in militantem, dormientem & triumphantem.

[Non enim est adæquata distributio toti, quia alterum membrum, dormiens, redundat.]

Cum Philosophia dividitur in differendi subtilitatem, in nature obscuritatem, in vit. im atq; mores.

[Hic enim plures partes omittuntur,]

Hæc de Distributione in genere: sequuntur ejus partes.

## CAPUT XXIX.

1. Distributio est vel primaria: vel secundaria.

2. Primaria est, quæ oritur ex argumentis absolutè consentaneis.

3. Estq; duplex: vel ex causis; vel ex effectis.



[Philippus quadruplicem constituit distributionem. Divisionem nominis, quam nos referimus ad distributionem adjuncti in sua subjecta. Nomen enim seu vox rebus jungitur. 2. Divisionem generis in species, quam referimus ad distributionem ex effectis. 3. Partitionem integri in membra, quam nos referimus ad distributionem ex causis. 4. Distributionem subjecti in adjuncta accidentia propria, quam nos nominamus distributionem ex subjectis. Et addimus, quam ille omittit, distributionem adjunctis.]

4. Distributio ex Causis est, cuius causæ sunt partes totius (distributi) est, cum totum, quod dividitur, est effectum: partes verò illud dividentes sunt causæ.

[Qualis ergò est affectio arguendi inter causam & effectum, talis etiam hic est inter partes & totum, & vicissim. Quando verò dicimus partes causas esse totius, non dicimus unam aut alteram tantum partem, neque etiam minus principales. Sic enim dicere posses, pedes, brachia, manus, &c. constituere hominem: Sed partes omnes, multiplicatas, ut etiam comprehendantur partes integrantes.]

#### Exempla inventionis.

Partes. Causæ	Totum effectum.
Socrates, Plato, Aristoteles	Philosophia.
Pannus, corium	Vestitus.
Rotunda, quadrata	Vasa.
Discere literas, Cognoscere hominum mores	Proficisci in Academiam.

Quæ sic enuntiantur: Philosophia partim à Socrate, partim à Platone, partim ab Aristotele conscripta est. Vestitus alius fit ex panno, alius ex corio. Vasa quadam sunt rotunda, quadam quadrata. Adolescentes ad Academiam proficiscuntur, ut & literas discant, & populorū mores cognoscant.

[Ubi attende *Notas distributionis esse particulas alius, quidam, partim, aut, vel: itemq; copulatum & conjunctum.*]

5. Distributionis ex causis tot sunt modi, quot sunt causarum genera: Itaque & diversi ex iisdem distributionis modi existunt. *Sic effectum distribui potest per causam efficientem, materialem, formalem & finem. Vel, per materialem & finalem: vel, per diversas efficientes unius vel plurium modorum: vel, per materias, formas & fines unius vel plurium modorum.*

6. In illis autem distributio integri in sua membra excellit.

[*Desumitur enim ex causis essentialibus & internis, quae integri essentiam constituunt.*]

7. Integrum est totum, cui partes suae sunt essentialia, hoc est; quod omnem suam essentiam à partibus (*membris*) accipit, & ab illis simul junctis integratur. *Sic homo est integrum, quod omnem suam substantiam accipit, & constituitur ab anima & corpore. Græcè dicitur σύνολον.*

[*Integrum accipitur 1. generaliter & indiscretè, & sic idem est quod totum, in significatione Grammatica. 2. specialiter in significatione Logica, & sic idem non est quod totum, sed differt ab eo, ut species à suo genere. Essentiale accipitur dupliciter. 1. Essentiale à priori, quod essentiam constituit. Sic materia & forma nominantur causa essentialia. 2. Essentiale à posteriori, quod comitatur essentiam: Sic adjuncta propria dicuntur essentialia. Priori modo dicuntur partes integro essentialia, non quidem ita ut unum membrum*

membrum sit forma, alterum materia, sed quodlibet membrum materia simul & forma partem complectatur. Ob

8. Partes dare integro essentiam ratione constitutionis. Ob  
Integrum dare essentiam partibus, ratione perfectionis  
conservationis.]


8. Membrum est pars integri :  
Membrum est, quod integrum constituit. Sic anima & corpus sunt membra animi. Inventio & iudicium Dialectica. Ob  
de dicitur, μέγ & κατ' ἐξ ὅχην.

[Alit distinguunt integrum in essentialia, quod constat partibus essentialibus, ut: homo respectu animi corporis: & Materiale, quod constat partibus integralibus, ut: Aqua, vinum, aurum. Quilibet enim pars aqua, est aurum, aqua, &c. vel dissimulare, quod constat partibus heterogeneis, ut: corpus humanum, cuius partes sunt caput, brachium, pedes. Similiter & membra distribuunt in essentialia, quod constituit totum essentialia, ut, materia & forma: & integrale, quod constituit totum integrale, ut pes, manus, caput, venter, &c. esse est q; vel principale, quod ad totius constitutionem est simpliciter necessarium, ut cor, cerebrum, caput anime, vel Minus principale, quod a toto abesse potest citra eius interitum, ut, digitus, pollex, unguis, pili, &c.]

7. Distributio integri est, cum totum, quod distribuitur, est integrum.  
partes vero dividentes sunt membra.

[Ad hanc distributionem referuntur etiam orationes declamationes, conciones, disputationes, historiarum poemata, & similia, cum in membra distribuuntur & ducuntur.]

Exempla inventionis, Distributionis integri in sua membra.



Anima  
Corpus  
Caelum  
Terra  
Fundam  
Pariet  
Cultus  
agrorum  
apud  
Exordi  
Proposi  
Confut  
E qu  
bris di  
Mund  
rietibu  
gia de  
pecore  
Ead  
nis di  
integr  
pracep  
constat  
mund  
est per  
Vi  
cto a  
niend  
stat a  
lum  
mus  
E  
domo  
arget  
honor  
est vel  
injust



Equibus conficiuntur axiomata ex integro & membris disposita. Dialectica partes sunt inventio & iudicium. Mundus caelo & terra perficitur. Domus fundamento, parietibus & tecto absolvitur. Opus Georgicum Virgilii Georgia de segetibus, Dendrographia de arboribus, Pecuaria de pecore, & Melliturgia de avibus absolvitur, &c.

Eadem adhibentur etiam in Disputatione quaestionis dubiae, argumento tertio ducto à membris totum integrantes. Philippus est Dialecticus. Quia tenet precepta inveniendi & iudicandi. Pygmaeus est homo. Quia constat anima rationali & corpore humano. Deus totum mundum creavit. Quia caelum & terram creavit. Domus est perfecta. Quia constat pariete, fundamento & tecto.

Vicissim disputantur eadem argumento tertio ducto à Toto sive Integro. Philippus tenuit precepta inveniendi & iudicandi. Quia fuit Dialecticus. Pygmaeus constat anima rationali & corpore. Quia est homo. Deus caelum & terram creavit. Quia totum mundum creavit. Domus constat pariete, fundamento & tecto. Quia est perfecta.

Exempla promiscua alia. 2. Timoth. 2. In magna domo non tantum vasa sunt aurea & argentea (ex auro & argento,) sed etiam lignea & testacea: & alia quidem in honorem, alia verò in contumeliam. Sacra Scriptura utilis est vel ad redargutionem, vel correctionem, vel institutionem iniustitia. Natura fieret laudabile carmen an arte

quæsitum est. Ego nec studium sine divite vena-  
nec rude quid possit video ingenium alterius hic  
altera poscit opem res & conjurat amicè, Horat.  
mne jus aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut  
suetudo firmavit. Astra aut sunt spherica, aut plana.  
ex fide justificamur, aut ex operibus, &c. Integri & Mi-  
bri sunt hi CANONES.

I. Posito integro necesse est poni om-  
membra, sive partes essentielles (principales)  
ut. Tenet Dialecticam. Ergo & præcepta in-  
endi & judicandi. Magistratus est custos  
gri Decalogi. Ergo & primæ tabula. Domus  
Ergo habet fundamentum, tectum, parietes.

[Dico essentielles sive principales. Quia alia sunt  
partium non essentialium & minus principalium seu qua-  
titativarum. Sine his namq; integrum essenziale esse  
Posito corpore humano ponitur caput, cor, epar, quæ sunt  
tes principales, & homo est integer essentialiter, etiam  
auricula desit, aut dens, aut digitus, aut pilus, quæ sunt  
quantitative, & quidem minus principales, quarum re-  
integer non est. Accipitur ergo integrum latius, non cui  
omnino desit aut deesse possit, sed quod vel maximè prin-  
les partes habeat, ut quæ maximè integritatem constituit  
Cum accurate loquendo integrum non sit (numero &  
latione) quod vel curtum & mutilatum est, vel cui numerus  
deficit.] Et contra

II. Remoto (negato, destructo) integro (re-  
to integrali) removentur (negantur, destruan-  
tur) etiam omnia membra sive partes essen-  
ales. ut, Non tenet Dialecticam. Ergo nec Topi-  
cam, nec Criticam. Nescit Grammaticam. Ergo  
& Etymologiam & Syntaxin. Non est domus. Ergo  
nec fundamentum, tectum, parietes, &c. Cuius  
non est homo. Ergo nec animam, nec corpus habet  
hominis.

[Nota: Toto integro simpliciter negato, non potest dari membrum ullum. Negato verò secundum quid, nempe ratione unionis membrorum aut perfecti numeri, non est necesse negari membra negato integro, ut si seorsim sit tectum, seorsim parietes, seorsim fundamentum, nego esse domum, sed non nego membra domus, qua legitime exstructa domum integram constituunt. Si autem simpliciter domus negetur, ita ut nec actu nec potentia poni possit, membra eius simul negantur.]

III. Nullum integrum potest affirmatè prædicari de membro: nec unum membrum de toto integro. ut, manus parva dividitur in brachiale, postbrachiale, & digitos, & tamen non possum dicere, digiti sunt manus.

[Ratio est, quia unum membrum non est totum integrum, nec totum integrum est unum aliquod membrum. Intellige autem de prædicatione propria, non Tropica. Tropice namque integrum de membro dicitur. Nonnunquam autem integrum de membro prædicari potest, videlicet si apponatur vox membri sive partis, ut: iudicium est pars Dialecticæ. Corpus humanum est pars hominis. Verum hoc non fit simpliciter, sed quatenus membrum vel pars induit affectionem speciei vel generis.]

IV. Pars integralis non potest prædicari de toto integrali heterogeneo. Sic partes heterogeneæ in corpore humano respectu totius sunt oculus, cor, brachium. At non possum dicere: corpus est oculus, cor, brachium, &c.

V. Collectis omnibus membris integrum esse necesse est: ut, Tenet præcepta Elocutionis & pronunciationis. Ergo est Rhetor. Lesbia habet omnes partes formosas. Ergo tota formosa est.

VI. Posito vel remoto uno tantum mem-

bro, integrum esse necesse non est. ut, *Tyranni possunt occidere tantum corpus. Ergo non tantum hominem. vicissim: Tyranni non possunt occidere animam. Ergo hominem occidere non possunt.*

*Huc pertinet & hac Regula:*

*Destrueta una parte principali, totum destruitur. Ille non habet cor. Ergo homo non est. Edificio huic deest tectum. Ergo domus non est. Item: Remota una formae parte restat verum tota: ut, *Quintia non est venusta. Ergo nec est formosa.**

#### ELENCHUS

*Integri & membrorum committitur I. Cum in integro sumitur, quod integrum non est. ut, *Habet animam. Ergo est homo.**

[*Anima enim non est ipsum totum, sed pars tota altera nempe pars compositi, atq; ita homo non potest, quae erronea fuit Platonis opinio.*]

*II. Cum id, quod de toto praedicatur, transferatur ad singulas partes, ut: *Homo est mortalis. Ergo anima est mortalis.**

*III. Cum de uno aliquo membro praedicatur totum, ut, *Paries est domus.**

*IV. Cum quod unius membri proprium est, attribuitur & alteri. ut: *Anima est spiritalis. Ergo corpus est spiritale.**

*V. Cum falsa membra ponuntur pro veris. ut, *conjugio est arrha seu signum firmati contractus. Est actus ceremonia visibilis. Item promissio benedictionis. Ergo sacramentum.**

[*Non enim quodlibet signum, & qualibet actio est membrum Sacramenti, sed illud signum, quod ex institutione divina gratiam invisibilem obsignat, & illa actio, quae certo Dei verbo instituta.*]

*Sic Dialectica Rami non est divisa in tres libros aut partes. Ergo non est integra.*

VI. Cùm ex imperfecta membrorum inductione integrum concluditur. ut, *Ille bene pronuntiat. Ergo est bonus Rhetor. Bene scribit. Ergo est bonus Grammaticus. Habet parietes & fundamentum. Ergo est domus.*

VII. Cùm ex unâ aut alterâ parte procedimus ad affirmationem aut negationem totius. ut, *In Philosophia sunt multa inutilia. Ergo tota Philosophia inutilis est. Dicitur alias Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.*

Sic fuit prima Distributionis primariæ species, sequitur altera.

## CAPUT XXX.

I. Distributio ex effectis est, cùm partes sunt effecta totius: *hoc est*, cùm totum quod distribuitur, est causa, partes verò distribuentes sunt effecta.

## Exempla.

Causæ totius.

	{	Effecta, partes.
		<i>bene loquuntur,</i>
		<i>bene dicunt,</i>
<i>Litterarum Studiosi alii</i> —————	}	<i>bene differunt,</i>
		<i>scribunt,</i>
		<i>legunt.</i>
	{	<i>Consuunt calceos.</i>
		<i>sarciunt.</i>
<i>Opificum alii</i> —————	}	<i>stantes pinsunt.</i>
		<i>mercaturam exercent.</i>
	{	<i>Malos scandunt.</i>
		<i>per foros cursant.</i>
<i>Nautarum alii</i> —————	}	<i>sentinam exhauriunt.</i>

2. Distributio ex effectis fit vel in effecta efficientis; vel in materiata: vel



vel formata : vel finita : vel omnia  
mul, aut aliqua.

[Ex effect. effic. *Conscientia mota vel absoluit vel demnat. Ex mater. Statuarius vel metallicas statuait, vel lapideas, vel eburneas, vel ligneas. Ex form. Cymetra aut circulum in plano format, aut triangulum, & figuram aliam. Ex finit. Figulus vel pocula facit ad pedum, vel ollas ad coquendum, vel vasa alia ad usus. Ex pluribus: Colonus agrum colit, sulcos ducit, glebas tundit, ad familiam alendam curam convertit, &c. Per hujusmodi distributiones sunt populares minus perfectæ, ideoque ubi accuratius est definiendum, cum non habent, sed eæ, quæ sunt rerum æternarum ut generis in suas species, &c.]*

3. In illis autem Distributio generis in suas species excellit.

4. Genus est totum partibus essentiali, hoc est, quod omnem suam essentialitiam & naturam subjectis speciebus communicat. *Dicitur Græcè ὄλον καὶ γῶλον.*

[Genus accipitur 1. pro sexu, ut, cum dico: genus mulierinum. 2. pro familia, ut: illustri genere prognatus. 3. proprie pro specie, ut cum dico: multa sunt viventes humana, id est, species. 4. pro superiori seu communiori logo, &c. Alias significationes vide apud Keckerm. l. 1. §. 107. Hic accipitur pro notionē Logicā, quæ symbolice est rei generalis, seu, pro toto quod suam essentialitiam speciebus largitur: seu, cuius partes sunt species. Est itaq; symbolice causarum essentialium materia scilicet, & forma communis: ut se communicet speciebus, & species ipsas formas se communicando constituat, & ad eas se ut causa ad effectum habeat. Est autem Genus vel univocum vel æquivocum. Genus univocum est, quod speciebus & nomen & definitionem suam ve essentialitiam communicat. Dicitur aliàs & Synonymum ut, *Animal est genus univocum homini & bestia. Quæ*

nomen suum confert (vocatur enim utrumque animal) & definitionem (substantia sensus motusq; organici particeps) communicat; adeoq; ratio essentia utrobique est eadem. Estq; perfectum vel imperfectum seu Analogum. Genus univocum perfectum est, quod aequaliter speciebus essentiam & nomen confert, ut, bestia aequaliter leoni, pardo, lupo, equo, aribus, piscibus, reptilibus, &c. communicat utrumque, ita ut non plus sit leo, bestia, quam cancer, quam musca: Estq; vel summum vel subalternum. Summum est, quod aliud supra se genus non habet. Dicitur & Generalissimum. Subalternum est, quod modo genus, modo species est. Genus quidem huius: Species verò illius. [De his vide supra in præcognitis fol. 6.] Analogum est, quod nomen & essentiam speciebus inæqualiter per analogiam (secundum prius & posterius) communicat. ut, Bestia respectu brutorum perfectorum & imperfectorum est genus analogum, magis enim convenit perfectis quàm imperfectis: Leoni magis, equo, &c. quàm Zoophytis, quia sensus & motus organici magis in illis sunt. Genus æquivocum est, cuius nomen commune est speciebus, ratio verò substantia diversa. Dicitur & Homonymum. ut, Lupus æquivocè significat animal terrestre, quadrupes ululans, & piscem & sidus cœleste. His (pisci & sideri cœlesti) nomen quidem communicatur, sed non res & definitio.

§. Species est pars generis: (seu, pars generi subiecta, quæ omnem essentiam generis accipit & participat.)

[Sicut genus opponitur integro, ita species opponitur membro. Itaq; hic est differentia inter genus & integrum: membra & species.]

I. Genus de specie prædicari potest: Integrum de membro non potest. ut, rectè dico: Homo est animal: Non verò: Corpus est homo.

II. Positâ specie ponitur genus: Non verò posito membro ponitur integrum. ut, Valeat consequentia: Homo est. Ergo est animal. Non valet: Corpus habet. Ergo est homo.

III. Genus omnem essentiam subjectis speciebus communicat : Integrum verò à membris essentialibus accipit.

IV. Membra toti essentiam largiuntur ; Species verò à genere essentiam accipiunt. Est autem species vel univoca vel æquivoca. Species univoca est, quæ uni voco subicitur. Estq; perfecta vel imperfecta seu analogica. Perfecta est, quæ subicitur generi perfecto. Estq; subalterna vel specialissima : Subalterna est, quæ est species, ut interdum fiat genus. Specialissima est, quæ est deivida in alias species. Seu : quæ nunquam fit per se. Imperfecta seu analogica est, quæ subicitur generi analogo. Æquivoca est, quæ subicitur generi æquivoco. Hæc species enim sequuntur per se distributionem generis. Hæc accommodanda exempla, quæ modo in distributione generis proposita.]

6. Distributio Generis in species est, cum totum, quod distribuitur, sit Genus, partes verò distribuentes sit species.

#### Exempla inventionis.

Genus general.		Species subalt.
Argumentum est	_____	Artificiale.
vel		Inartificiale.
Essentia est vel	_____	Corporea.
		Incorporea.
Genus subalt.		Species subalt.
Animal est	_____	Homo.
		Bestia.
Elocutio est	_____	Tropus.
		Figura.
Nomen est	_____	Substantivum.
		Adjectivum.
Virtus est	_____	Prudentia, Fortitudo.
		Temperantia, Iustitia.

Genus subalt.

Species special.

Substantivum

Pater.

Filius.

Homo

Petrus.

Paulus.

Nonnunquam genus cum unâ tantum specie disponitur, & quidem simpliciter, ut: *Homo est animal. Grammatica est ars. Aquila est avis. Subjectum est argumentum modo quodam consentaneum Cerasus est arbor.* Si vero vocabula species propriè exprimentia desint, loca illorum formæ specierum adhiberi solent. Forma enim generi juncta speciem facit. ut, *Animal est vel rationale vel irrationale.*

Disputantur etiam quæstiones dubiæ argumento tertio ducto à Genere ad arguendam speciem. *Fortitudo, temperantia, prudentia, &c. est laudabilis. Quia virtus. Homo & bestia sunt motus & sensus capaces. Quia animalia. Tropus & Figura sunt exornatio orationis. Quia elocutio. Petrus & Paulus sunt rationales. Quia homines. Sacerdotibus est permittum conjugium. Quia omnibus hominibus.*

Vicissim à specie ad arguendum Genus. *Virtus in voluptatibus corporis mediocritatem observat. Quia temperantia. Aliqua virtus est propugnatrix justitia. Quia fortitudo. Aliquod animal est rationale. Quia homo. Iusti asseruntur in hac vitâ. Quia Abel occisus est.*

Exempla alia. *Christus ministros dedit Ecclesia, alios Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, Doctores, &c. Eph. 4. Deus est spiritus, Joh. 4. Christus est Propheta, ibid. Pharisei sunt discipuli Moysis, Joh. 9.*

*Ardua per præcepta gloria vadit iter.*

*Hectora quis noisset felix si Troja fuisset?*

*Publica virtutis per mala facta via est.*

*Ars tua Typhi jacet, si non sit in æquore fluctus,*  
*Sivaleant homines, ars tua, Phœbe jacet. Ovid.*

*Nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob, nec ceteri Sancti quicquam de rebus Ecclesia in terris sciunt. Affectus sunt ira, odium, metus, cupidus, livor, misericordia, Arist. Generis sunt hi CANONES.*

I. Genus prædicatur de qualibet specie  
& de omnibus, de quibus species aliqua e  
dem generis prædicatur: & quidem *συν  
μως, non παρωνύμως.* ut, *Rectè dicitur. Equus  
animal, quia animal est genus equi. Non rectè  
Homo est virtus; Quia virtus non est genus  
minis, sed accidens.*

II. Genus necessariò latius est speciebus  
& plures unâ species complectitur, in quas  
viditur, & ab omnibus simul junctis vicissim  
arguitur.

III. Genus cum speciebus suis non con  
vertitur seu reciprocatur.

IV. Posito vel affirmato genere universali  
omnes etiam ponuntur & affirmantur species  
ut, *Omnes artes sunt conjunctæ. Ergo etiam  
Rhetorica & Oratoria. Aristoteles omnes artes  
Ergo & Dialecticam tenuit.*

V. Posito vel affirmato Genere simpliciter  
& indefinite, non quælibet species affir  
matur (nisi contingenter) ut, *Est animal. Ergo  
est Leo. Is qui accedit, est homo. Ergo est  
trus.*

VI. Negato vel remoto genere, negantur  
& remouentur omnes species, ut, *Non est  
arbor. Ergo etiam non est ficus. Extrema uniuersalis  
non est Sacramentum. Ergo multo minus Non est  
Testamenti Sacramentum.*

Cui adimitur genus, eidem & species ad  
mitur.

VII. Quicquid de genere communiter  
dicitur

alitur vel negatur, id etiam de qualibet ejus  
 specie dici vel negari necesse est. ut, *Animal*  
 est substantia corporea, viva, sentiens. Ergo &  
 homo & bestia. Virtus est habitus electivus,  
 consistens in mediocritate. Ergo & *Justitia, &*  
*Temperantia, & Liberalitas, &c.* est habitus ele-  
 ctivus.

[Ratio est, quia genus omnem suam essentiam subjectis  
 speciebus communicat: & nihil est in genere, quin idem sit in  
 omnibus subjectis speciebus. Vbi tamen nota. Quædam de  
 genere dici proprie: quæ non sunt communia specie-  
 bus: ut, Genus est commune speciebus: non potest dici de  
speciebus. *Animal est, quod constat ex homine & bestia: id*  
*non potest dici de Petro, Paulo, &c. Philippus Canonem se-*  
*xturnum sic effert: A superiori cum signo universali ad*  
*inferius semper valet conseq. affirmative & negative.*  
 Huc pertinet etiam translatio hypotheseos ad thesin,  
 quæ nihil aliud est, quàm argumentatio à genere ad speciem:  
 ut, *Omnis seditiosus civis jure à Consule occiditur. Cajus*  
*Grachus fuit seditiosus civis. Ergo jure à Consule occisus est.*  
 Alias Genetis perfecti & imperfecti sunt hi Canones.  
 I. Genus perfectum habet essentiam à speciebus omnibus  
 distinctam. II. Prius est speciebus, naturâ & cognitione:  
 ideoq. III. omnium est notissimum. IV. Non tollitur sub-  
 latâ unâ specie: nec posito genere perfecto, necessario hac vel  
 illa species ponitur. Tolle hominem, non statim sustulisti ani-  
 mal. Pone animal, nec nisi contingenter ponis hominem.  
 Genus imperfectum (analogum) I. non habet naturam  
 à specie distinctam (sed significat omnia analogata, unum  
 principaliter, alia prout sunt ad illud affecta) II. Præcipua  
 speciei convenit per se, reliquis in ordine ad illam. III. Tol-  
 litur præcipua specie sublatâ: & posito genere analogo, necessa-  
 riò ponitur præcipua species. Tolle substantiam & sustulisti  
 ipsum Ens. Pone ens, ponenda erit necessario substantia.] Spe-  
 cies sunt hi CANONES.

I. Positâ vel affirmatâ specie, ponitur &  
 affir-

affirmatur Genus. ut: Cicero est homo. Ergo est animal. Dialectica est ars. Ergo est habitatio.  
Nam; Cui tribuitur species, eidem generi  
bui necesse est.

[Ratio est, quia species non partem ex genere accipit totum genus: ideo totum de qualibet dicitur, & singulis speciebus essentiam communicat, & generis natura inest.]

II. Negatis speciebus omnibus, negatur etiam genus totaliter. ut, Lapis neque homo neque bestia. Ergo animal non est.

Cui admittuntur omnes species, eidem generi adimi necesse est. Negata vero una specie, non est necesse negari genus. ut, Bestia ratione caret. E. & omne animal ratione caret.

III. In specie plus est, quam in genere. rationalitas est in homine, qua non est in animalibus & tanquam genere.

[Licet enim generis essentia sit in specie, species tamen propter hanc habet propriam essentiam a propria forma, per quam a genere distinguitur.]

IV. A specie ad genus ducuntur tantum argumenta affirmativa. ut, Homo est. Ergo est animal. In eo est modestia. Ergo in eo est virtus moralis. Est adulter. Ergo est vitiosus.

[Nota. A specie nos argumentari tantum affirmativa, nisi omnes species negentur. ut, Nec homo est, nec bestia. Ergo nec animal.]

V. Species & genus debent esse in eodem prædicamento. ut, Si genus est qualitas & est junctum etiam species. Si genus est substantia etiam species.

VI. Quæcunque attribuuntur speciebus

eadem etiam attribuuntur generi. ut, *Iustitia est laudabilis. Ergo et virtus est laudabilis.*

[Attende: si attributa sint communia, non si sint propria uni alicui soli speciei convenientia. Non igitur V. C. *Homo est immortalis. Ergo et animal erit immortale*; Homo enim non est omne animal: et attributum (immortale) commune non est, sed proprium.]

Alii addunt et hos Canones. Species perfecta I. est perfectior genere tam naturā, quam cognitione distincta. II. totam generis naturam in se habet. III. facilius cognoscitur quam genus (notione scilicet confusa sive complexa.) IV. Species perfecta sunt simul (naturā.) V. Nulla species alterius speciei pars esse potest. Quia species est pars generis. Sic homo non potest esse pars bestia, neque bestia pars hominis. VI. Species est quasi forma generis. Est enim quid determinatum. Omne autem determinatum respectu rei indeterminata habet se instar forma. Obiter observa, ad hanc classem referri posse Inductionem, quando ex multis collectis speciebus genus concluditur. ut, *Vinum Rhenanum calefacit, et item Hungaricum, Francicum, Gallicum, &c. Ergo omne vinum calefacit. Iudæi sunt peccatores, et gentes sunt peccatores. Ergo omnes homines sunt peccatores, &c.* Sed de Inductione plura dicemus infra in Doctrinā Syllogisticā.]

## ELENCHUS

Generis committitur I. Cū genus non dividitur in species proximas, sed remotas. ut, *Argumentum est vel absolute consentaneum, vel modo quodam.*

II. Cū genus dividitur in species, quod genus verum non est. ut, *Si hominem distinguas in virum et feminam.*

III. Cū a genere affirmato inferatur affirmatio cuiuslibet speciei. ut, *Est animal. Ergo homo est. Homo est. Ergo est vel Petrus vel Paulus.*

[Interdum procedit, sed tamen contingenter, non necessario.]

## ELENCHUS

Speciei committitur I. Cū falsa species ponitur



proverâ. ut, *Si metallum dicas corpus animatum, cum verâ sit species corporis inanimati perfectè mixti.*

II. Cùm ex affirmata una vel aliquibus speciebus universum genus affirmamus. ut, *Habet pyrum pomum. Ergo omnes arbores habet.*

[Non valet. *Licet enim in specie affirmetur genus finitè: non tamen affirmatur universè & definite.*]

III. Hac pertinet & vitiosa inductio: Cùm aut altera species falsa est. ut, *Arbanasius fuit coenobita Chrysostomus item, Ambrosius, Augustinus. Ergo omnes Episcopi fuere coelibes.*

[N. V. *quia plures Episcopi alii fuerunt uxorati.*]

Hac de Distributione primariâ: Restat Secundariâ.

### CAPUT XXXI.

I. **D**istributio secundaria est, quae fitur ex argumentis modo quorundam consentaneis.

2. Estq; duplex: vel ex subjectis, vel ex adjunctis.

3. Distributio ex Subjectis est, cum partes sunt subjecta, totum verò est adjunctum, seu: cùm adjunctum per subjecta dividitur.

[*Subjecta & Adjuncta hic totum & partes dicuntur verè & exactè, sed generatim, quatenus qualicunq; modo, ratione seu notione aliquid ut totum & ut pars sumuntur, seu, ut alii loquuntur. Subjecta & Adjuncta, totum & partes non verè, sed similitudine, imitatione & enumerationis ratione dicuntur. Cùm aliàs totum sit essentialiter partibus, & vicissim contrâ: Quod de Subjecto & Adjuncto asseverari non potest.*]

Exe

Exempla inventionis.

Subiecta, partes.	Adjunctum, totum.
Deus	Sapientia.
Angeli	
Homines	
Anima	Bonum.
Corpus	
Fortuna	
Vrbs	Homines.
Pagus.	
Ville	
Lex	Theologia.
Evangelium	

Ex quibus axiomata ex adjuncto diviso & subiectis dividuntur conficiuntur. *Sapientia est tum in Deo; tum in Angelis, tum in hominibus. Bonum aliud est anima; aliud corpus; aliud fortuna. Hominum alii vivunt in urbibus, alii in pagis, alii in villis. Theologia versatur in explicanda Lege & Evangelio.*

Similiter disputantur ex his quaestiones dubiae argumento ducto ex distributione e subiectis. *Sapientia non est in omnibus eadem. Quia alia est in Deo, alia in hominibus, alia in angelis. Non est eadem boni qualitas. Aliud enim est anima, aliud corpus, aliud fortuna. Ille est Theologus. Quia docet Legem & Evangelium. Deus est ubique. Quia est in caelo, terra, mari, &c.*

Exempla alia. *Sunt corpora caelestia, sunt terrestria, verum alia caelestium gloria, alia terrestrium: Alia gloria solis, alia luna, alia stellarum, 1. Cor. 15. Semen aliud cecidit in viam, aliud in petram, aliud sub spinas, aliud in terram bonam, Luc. 8. Animalia partim in aere, partim in aqua, partim in terra degunt. Omne jus quo utimur vel ad personas perinet, vel ad res, vel ad actiones, Inst. l. 1. tit. 3. Virtutes alii sunt in intellectu, alia in voluntate.*

*Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est; Tertia pars matri data, pars data tertia patri; Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,*

Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.  
Ejus est hic generalis CANON.

Affirmatis subjectis partibus affirmatur  
tum adjunctum: Negatis, negatur: & con-  
traria: ut, *ille neque Legem neque Evangelium  
docere potest. Ergo Theologus non est. Ille tri-  
pumeros atque magnitudines. Ergo Mathema-  
ticus est.*

## ELENCHUS

Distributionis è subjectis committitur I. C.  
adjunctum falsum dividitur in falsa subjecta, ut  
Rhetorica dividitur in Inventionem, Dispositionem, E-  
tionem, Pronunciationem & Memoriam.

[Inventio enim, Dispositio, & memoria pertinet  
ad Dialecticam.]

II. Cum ex enumeratione partium subjecti  
imperfecta, totum concluditur, ut, *Iste non est pauper  
bonis corporis & fortuna. Ergo nullis bonis præditus est.*

[Potest enim præditus esse bonis animæ.]

*Non venisti huc pedes, nec eques. Ergo arundine longi-*

[Quasi verò non potuisset carro, aut lectica  
rheda huc venire.]

Supereft Distributio ex Adjunctis.

## CAPUT XXXII.

I. Distributio ex Adjunctis est, cum  
partes sunt adjuncta, totum  
est subjectum. *Seu: cum subjectum  
viditur per adjuncta.*

## Exempla.

Adjuncta, partes.

Subjectum, totum

Sanus,  
Ager.  
Literatus.  
Dives  
Pauper.

Homines.

Salutare,	}	Pharmacum.
Noxium,		
Franci,	}	Germaniæ.
Hessi,		
Saxones,		
Bavari,		
Suevi,		

Hinc axiomata ex adjunctis distribuentibus & sub-  
jecto distributo. *Hominum alii sunt sani: alii agri: alii  
litrati: alii illiterati: alii divites: alii pauperes. Pharma-  
corum aliud est salutare, aliud noxium. Germaniam incol-  
lunt Franci, Hessi, Saxones, Bavari, Suevi, &c.*

Eiusdem disputantur quæstiones dubiæ argumen-  
to tertio ducto è distributione ex adjunctis partibus,  
ad arguendum subjectum, totum. *Hominum non est  
idem status & conditio. Alii enim sunt sani, alii agri, divites,  
pauperes, &c. Non quævis pharmaca homini conducunt.  
Quia quedam sunt salutaria, quedam verò noxia. Germani  
moribus, institutis, & lingua idiotismis dissident. Sunt enim  
alii Suevi, alii Saxones, alii Catti, &c.*

Exempla alia. *Homines quidam in circumcissione vi-  
vunt, quidam in preputio; Quidam servi vocati sunt, qui-  
dam liberi, 1. Cor. 7. Christiani partim à carne sua, partim à  
Diabolo, partim à mundo infestantur. Bonorum quedam  
sunt interna, quedam externa, 1. mag. moral 3. Hominum  
genus alterum est arbanum, aliterum agreste, Cic. Terra ali-  
bi est torrida, alibi temperata, alibi frigida. Ejus est hic ge-  
neralis CANON.*

Affirmatis adjunctis partibus, affirmatur  
etiam totum subjectum: & contra. ut, *Pompe-  
jus est præditus & rei militaris scientiæ, & virtu-  
te, & autoritate, & felicitate. Ergo est bonus Im-  
perator. Nero non est præditus rei militaris scien-  
tiæ & virtute & felicitate. Ergo non est bonus  
Imperator. Ille non est Francus, nec Saxo, nec Hes-  
sus, &c. Ergo non ex Germaniâ oriundus est.*

## ELENCHUS.

Distributionis ex Adjunctis committitur I. Cuius falsum subjectum dividitur in adjuncta falsa. ut, *incorporea partim candida sunt, partim nigra, partim non colore affecta.*

[ N. V. quia hæc adjuncta non cadunt in rem corpoream. ]

II. Cùm insufficienti partium distributarum adjunctarum enumeratione, totum concluditur. *Caro Christi in cœna non gustatur, nec videtur, nec ceritur, nec auditur, nec olfactu percipitur, nec tangitur.* E. non in cœna.

[ Quasi verò non adesset in mysterio, licet sensibile non occurrat. Sunt ista adjuncta corporis tantum sensibilis, quod sentitur actu. Itaque conceditur esse ibi actu sensibilem carnem. An verò proprie absit extero? absit. ]

Tantum de Distributione, sequitur Definitio.

## CAPUT XXXIII.

I. **D**efinitio est (argumentum orationis reale) explicans quid res (definitum) sit. *Græcè dicitur ὁρισμός.*

2. Definitum est res, quæ definitione seu definitione explicatur. *Græcè dicitur τὸ ὁριζομένον.*

[ Dicitur Definitio ex notat. Græcâ terminus, metaphorice ab agrorum terminis sumptâ. Sicut enim hi agros definiunt & claudunt: Sic definitiones rerum essentias describunt & ab illis distinguunt. Definire enim est non solum rem explicare, sed etiam certis & propriis suis finibus terminare. Aristoteli est λόγος τῆς ἁπλῆς. Ratio ipsius quid est, sicut ut Barbari loquuntur, quidditatis: & notificatio essentialitatis cujuslibet rei. Alii λόγον per orationem hinc explicant, sed male; quia 1. Logica non est ars orationis, sed

2. *Definitio est notio per se una & conceptus simplex. Oratio est ex argumentis composita. Atq; sic definitio cum definito disposita & sermone enunciata potest dici Oratio. Observa I. Etiam Genus & Causa explicat quid res sit, sed Genus imperfectè; Definitio perfectè & reciprocè. Causa originaliter & primò; Definitio symbolicè, secundariò, & communicativè, vel propter causas ex quibus constat. II. Definitio ultimo inter argumenta artificialia loco ponitur, quia ex omnibus argumentis primis & à primis ortis precedentibus existere potest. Vbi tamen attende, discrimina inter Definitionem ipsam, & inter doctrinam seu instrumenta definiendi. Illa merito præcedit; Hæc verò sequitur. Ac prout alia est ratio, cum definiendi artificium addetur, (quod hoc loco fit.) Vbi omnia illa prius cognoscenda, quorum usus est in definiendo: alia cum quippiam definitionibus est explicandum, ubi primo statim loco definitio est constituenda, ut intelligatur, quid sit id de quo disputatur. III. Pertinet, pro diverso modo considerandi Definitio ad Metaphysicam, quatenus dicit essentiam quidditatem & substantiam rei: ad Logicam, quatenus est instrumentum cognitionis. IV. Quod verò non competit omni enti & non enti, non est causa ipsa definitio, sed res per se ipsa indefinibiles.]*

3. *Definitio est vel Perfecta, vel Imperfecta. Illa dicitur accurata, propria, primaria, principalis, & κατ' ἐξοχήν Definitio: Hæc verò secundaria, minus accurata, & propriè, Descriptio.*

[Definitio cum non tantum sit argumentum ortum ex primis, verum etiam ex aliis ortis, totupliciter dividi potest, quos sunt illa, ex quibus sumitur, ita ut alia sit ex causis, ex effectis, alia ex subjectis, adjunctis; conjugatis, divisione: alia ex dissensantibus, &c. Philippus distinguit inter Definitionem nominis, quæ vocis significationem explicat: & rei, quæ quid res sit, explicat. Hancq; facit quadruplicem: 1. Essentialem, quæ constat ex genere & differentiâ specificâ seu formâ, atque essentiam rei declarat. 2. Causalem, quæ constat

ex genere & causis tam essentialibus sive internis, quam  
 ternis omnibus, vel aliquibus. 3. Partialem; qua  
 ex membris, qua possunt esse essentialia vel integralia. 4.  
 eidentalem, qua generi jungit accidentia, vel propria  
 communia, qua simul posita rem ab aliis discernant. Ali  
 lias distributiones Definitionum tradunt, qua tamen  
 modo ad perfectam (ut essentialis) & imperfectam (ut  
 qua) referri possunt.]

4. Definitio perfecta est, qua  
 stat ex solis causis essentialibus rei constitu  
 tuentibus. Dicitur aliàs Essentialis.

5. Causæ essentialibus rei constitu  
 tes sunt Materia & Forma.

[Diciuntur essentialibus, quia rei naturam constituunt  
 & absolunt: Constituta verò & absoluta ita insunt, ut  
 eane cogitatione quidem seungi possint.]

6. Perfecta igitur definitio est, qua  
 constat materiã sive genere, & formã  
 sive differentiã specificã.

[Sic homo definitur animal rationale: ubi Defini  
 tum est homo. Definitio, esse animal rationale. In  
 Animal vicem generis obtinet, quo intelligimus esse essentialibus  
 corpoream vitam & sensu præditam, qua materia hominis  
 cum formã genericã: Rationale verò formã hominis  
 specificam comprehendit, qua est quod est, ab aliis etiam dis  
 cernitur. Unde & dicitur differentia specificã. Itaque perfecta  
 definitio aliud nil est quam universale symbolum causarum  
 essentialibus rei & naturam constituentium, adeoq; speciei  
 formam & genus proximum explicatio. Hic tamen Nota  
 cum forme proprie in naturalibus & divinis imprimis latet  
 easdem per propria effecta, membra, proprietates & fines  
 describi, & Definitionem ex his confectam in perfecta  
 cum substitui necesse esse. Exempla Definitionum harum  
 tam sacra quam profana contra rigidorum Logicorum  
 suam proferi plura Libav. lib. 1. fol. 452. & seqq. Itaque]

Alii distinguunt inter Definitionem perfectam absolutam, cujus unica & simplex est differentia ex definiti ipsius predicamento desumpta, ita definiuntur Substantia, ut homo est animal rationale: hic nihil est quod non sit in ordine substantiarum: Et perfectam per appositionem, cujus differentia sumitur ex objecta & causis externis, Ita definiuntur accidentia: ut, Physica est scientia (genus) contemplandi (finis) corpus naturale mobile (objectum.)]

## Exempla inventionis.

Definitio	Definitum.
Animal rationale. _____	Homo.
Corpus animatum sentiens. _____	Animal.
Ars bene ratione utendi. _____	Dialectica.
Ars bene loquendi. _____	Grammatica.

Hinc axiomata è definito & definitione. Homo est animal rationale. Animal est corpus animatum, sentiens. Dialectica est ars bene ratione utendi. Grammatica est ars bene loquendi.

Ex iisdem Syllogisticè disputantur quæstiones dubiæ argumento tertio à definitione ad arguendum definitum. Pigeus est homo. Quia est animal rationale. Philippus tenet Dialecticam. Quia tenet artem bene ratione utendi. Animal motu est præditum. Quia est corpus animatum sentiens.

Vicissim à definito ad arguendam definitionem: Pigeus est animal rationale. Quia est homo. Philippus tenet artem bene ratione utendi. Quia tenet Dialecticam. Est corpus animatum sentiens. Quia est animal.

Huc pertinent artium aliarum definitiones. Rhetorica est ars bene dicendi. Musica est ars bene canendi. Arithmetica est ars bene numerandi. Geometria est ars bene metiendi. Politica est ars Rempubl. bene gubernandi. Oeconomia est ars familiam bene administrandi. Ethica est ars bene beateq; vivendi. Itemq; exactæ præceptorum artium definitiones alia. Definitionis sunt hi CANONES.

I. A definitione ad definitum, & vicissim à definito ad definitionem argumentamur affirmativè



firmativè & negativè.

II. Cui tribuitur vel adimitur definitio  
eidem etiam tribuitur vel adimitur definitio  
& contra, ut, *Petrus est animal rationale, Ergo  
est homo. Est homo. Ergo est animal rationale.*  
*Simia non est animal rationale. Ergo non est ho-*  
*mo. Non est homo. Ergo non est animal rati-*  
*onale.*

Quicquid convenit definitioni, id etiam  
convenit definito: & contra: ut, *Scientia  
& iniusti est utilis. Ergo & jurisprudentia  
est utilis. & : jurisprudentia est utilis. Ergo & sci-*  
*tia iusti & iniusti est utilis.*

Quicquid negatur de definitione, id negatur  
etiam de definito: & vicissim contra. *Contractatio rei alienae, que fit invito Domini  
non est licita. Ergo nec furtum est licitum. &  
Furtum non est licitum. Ergo nec contractatio  
alienae est licita.*

III. Definitum neque implicite neque explicite  
sit pars definitionis. ut, *Litera est minima  
pars vocis ex literis composita.* Vitiola est defini-  
tio. *Litera enim definitum est, non igitur defini-*  
*tioni inferendum: Ex literis composita.*

[Ratio est, quia neque materia est, neque forma: definitum  
enim & definitum sunt re unum & idem, (differunt solum  
mentis conceptione, ut notius & ignotius) nihil autem in-  
ditur seipsum.]

IV. Definitum & genus definitionis sunt  
in eodem prædicamento.

[Definitum enim est species; genus autem & species sunt  
in eodem prædicamento.]

V. Definitio perfecta sit adæquata suo definito.

Itaque

Definitio 1. non sit latior: *qualis est hac: Homo est animal bipes, vel carens plumis* (competit enim illa etiam gallinis, hæc verò canibus, leonibus)

Nec 2. Angustior. *Qualis est hac: Argumentum est, quod ad aliquid demonstrandum effectum est* (non enim competit similibus.)

Sed 3. reciproca sit, & cum definito æqualiter convertatur. ut, *Homo est animal rationale: & quod non est animal rationale, non est homo.*

II. In definitione nihil desit aut superfit, vel redundet.

[Vitiosa ergò est definitio: *Homo est animal semper vitæ & sensibus præditum & rationale: quia redundat, semper vitæ & sensibus præditum. Peccatum originis est iustitiæ originalis carentia. Deest enim pars principalis. Quia non tantum est privatio, sed etiam vitiosus habitus: non tantum a verso à bono, sed etiam conversio ad malum.*]

VI. Definitio perfecta constet verbis propriis, perspicuis & usitatis.

Itaque

Ambigua, homonyma, tropica & obscura definitionem non ingredientur.

[Definitio est essentiæ sive rei cognitio & declaratio. At ambigua, tropica, &c. non declarant, sed obscurant intellectus cognitionem. Itaque & ambigua prius sunt explicanda, quàm definiantur. Tropi verò si sint triti & rei convenientes, ejusdemq; naturam aptius quàm propria declarantes adhiberi nonnunquam possunt. Quo nomine verbum differendi in definitione Logica communiter defendunt.]

VII. Definitio perfecta sit affirmativa.

Negatione enim nihil est definiendum: & Definitiones negativæ sunt vitiosæ.

[Definitio enim dicit, quid res sit, non quid non sit, aut quid esse possit. Tolerari tamen posse volunt Definitiones

tiones

tionem Negativas. i. in perfectissimis & imperfectissimis  
2. In principiis. 3. nonnunquam etiam in descriptionibus,  
modo non sint pura negationes.]

VIII. Definitio perfecta est specierum.

[Excluduntur igitur 1. Summa genera, quae supra  
non habent genus. 2. Individua & singularia, quae  
potius quam intellectu expediuntur. 3. quae sunt in ma-  
prædicamento, ut. i. Syncategoremata: omnis, nullus,  
quidam, aliquis, &c. 2. Vocabula technica; non  
propositio, genus, subjectum. 3. ambigua. 4. trans-  
dentia. 5. non entia.]

IX. Unius rei una tantum est definitio  
essentialis, non plures.

[Dico essentialis. Quia ut una rei est essentia, una  
dicitur, una forma, ita & una definitio, quae est essentia ex-  
pressio. Possunt tamen plures esse accidentales. Interdum  
essentiales definitiones unius rei apud autores variantur  
verbis, non sensu.]

X. In definitione non adhibeatur ge-  
nere remotum pro proximo.

[Genus enim propinquum excludit remotum.  
que vitiosa est definitio: Homo est substantia sentiens  
prædita ratione: Substantia enim sentiens est genus  
remotum hominis: Animal vero est genus proximum.]

### ELENCHUS

Definitionis committitur I. Cùm definitio  
ponitur, ubi poni debebat.

(Omnis enim tractatio à definitione proficisci debet.)

II. Quùm definitio falsa ponitur pro vera, ut, Cùm  
Metonymia definitur esse, quando res signata prædicatur  
signo.

[Non enim Metonymia est, cùm vox de voce præ-  
dicatur, sed cùm nomen pro nomine ponitur.]

III. Cùm definitio obscura ponitur, quæ  
potius est, quam Definitio; ut, cùm cochlea definitur  
terrigena, domiporta, sanguine cassâ.

IV. Cùm

IV. Cùm in unam aut plures definitionis perfectæ regulas impingitur. *Quod exemplis Canonum patet.*

V. Cùm affirmato definito negatur definitio. & contra: affirmata definitione negatur definitum. ut, *Siquis in hujus vel illius hæretici doctrinam juret ac compromittat, & tamen hæretici istius sibi Nomen attribui nollit.*

Superest Definitio imperfecta seu descriptio.

## CAPUT XXXIV.

1. Definitio Imperfecta est, quæ ex aliis quibusvis argumentis rem describit. *Vnde & DESCRIPTIO appellatur.*

[Definitio perfectâ rem definit ex solis causis essentialibus constitutibus. At Descriptio latius se extendit; Non enim ex causis essentialibus saltem, sed aliis quibusvis argumentis, utpote dissidentibus, comparatis, conjugatis, partibus, effectibus, subjectis & potissimum accidentibus, (unde Philippo accidentalis Definitio appellatur) rei naturam explicat. Vbi tamen essentialia non in solidum excluduntur, sed nonnunquam expressè adjiciuntur, nonnunquam omittuntur, nonnunquam genus, quod Symbolum est essentialis, expressè ponitur, nonnunquam subintelligitur. Dicitur autem Definitio imperfecta non absolutè, sed comparatè, respectu definitionis perfectæ.]

2. Estq; vel succincta (*brevis, concisa;*) vel explicata (*copiosa, proluxa;*)

3. Succincta est, quæ ex uno atque altero argumento delimitur. ut, *Ira furor brevis est. Quæ descriptio est è comparatis.*

4. Explicata est, quæ ex pluribus argumentis variè desinitur. *Talis est descriptio*

*Scriptio fame ex subjectis, adjunctis, effectibus comparatis, &c. Aeneid. 4.*

*Extemplo Lybia magnas it fama per urbes,  
Fama malum, quo non aliud velocius ullum  
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.  
Parva metu primo, mox sese attollit in auras  
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit, &c.*

*Exempla inventionis promiscua,*

*Res descripta.*

*Descriptio.*

<i>Homo</i> —————	est	{ animal mortale. capax discipline	ex adju
<i>Ebrietas</i> —————	est	{ vitium arcanare- cludens, spes jubens esseratas, ad praelia trudens inermes.	ex effe
<i>Somnus</i> —————	est	gelida mortis imago.	ex co
<i>Virtus</i> —————	est	vitium fugere, & sapientia prima.	ex dil
<i>Argumentum</i> —————	est	quod ad aliquid arguendum affectum est.	ex co
<i>Mundus</i> —————	est	compages à caelo terraq; constans, & suis naturis, qua his comprehenduntur.	ex part

*Alia exempl. Historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoria, magistra vita, nuncia vetustatis. Exod. 3. Iehova Deus est misericors, ad iram tardus, ad clementiam propensus, qui clementiam in mille usque annis vitur, vitia & peccata condonans, in poenâ irrogandâ paritum culpam in natos & nepotes in tertiam & quartam generationem prosequitur. Esa. 56. Domus mea domus orationis vocabitur, cunctis populis. Non spelunca latronum. Tit. 3. Baptismus est lavacrum regenerationis & renovationis in Spiritu Sancto.*

*Similitudo*

Similiter disputantur quæstiones dubiæ argumēto tertio a Descriptione. *Ebrietas est fugienda. Quia est vitium arcana recludens, spes jubens esse raris, ad prælia trahens inermes, &c. Gloria est amplectenda. Quia est solida quædam res & expressa non adumbrata, & consentiens laus honorum, incorrupta vox benejudicantium de excellenti virtute. Historia studium est magnificandum. Est enim testis temporum, lux veritatis, &c.*

[Huc ergo perinet Prosopographiæ personarum; Topographiæ locorum; Chorographiæ nationum; Geographiæ terrarum; Hydrographiæ, aquarum; Anemographiæ, ventorum; Dendrographiæ, arborum; Chronographiæ, temporum, itemq; montium, plantarum, animalium, &c. descriptiones: Similiter Poetarum & Oratorum periphrases, hypotyposes, hypographæ, paraphrases, typi, allusiones, adumbrationes, allegoriæ, plenæq; descriptiones alia.] Descriptionis est hic generalis CANON.

Cui tribuitur vel adimitur descriptio eidem etiam tribuitur vel adimitur descriptum: & contra. ut, *Hortensius dicendo animos audientium & docet & delectat & permovet. Ergo est optimus Orator. vicissim: Balbus non est optimus Orator. Ergo duendo animos audientium non & docet & delectat & permovet.*

## ELENCHUS.

Descriptionis committitur, cum descriptio falsa ridicula, sophistica, frivola, frigida, &c. ponitur pro vera. ut, *Eloquentia est fucus impostoreus & inutilis ornatus fori accersitus. Ergo est fugienda. Homo est animal quadrupes, bipes, avritum, quadricubitum, &c.*

Hactenus de argumento Artificiali, ejusq; speciebus: superest Inartificiale quod est Testimonium.

## CAPUT XXXV.

1. Testimonium est argumentum in-

P

artia

artificiale, quod non sua natura, sed sumpta artificialis alicujus argumenti vi arguit.

*Dicitur aliàs Autoritas: Ejus verò correctum Res testata sive Testatum.*

[Inartificiale dicitur, quia quicquid arguendi factis & virtutis habet, id ipsum non ex se, sed ex alio aliquo argumento artificiali assumit. Vnde etiam assumptum externum sive extrinsecum appellatur, quia tota arguendi vis non est propria & insita, sed assumptiva & ipsam adscita, nimirum ex argumentis artificialibus. Quam ergo vim probandi & declarandi habent hæc, tam etiam habet illud, ut: Plato dixit tum demum beatissimum Respubl. in quibus homines sapientes regerent, aut qui regerent, omne studium in sapientia ponerent. Hoc testimonium Platonis argumentum inartificiale est, arguit enim non propriam & insitam vi, sed alienam, vi scilicet argumentorum artificialium desumptorum ex causis, adjunctis, effectis consensibus: quia non tantum sapientie studium sapientes efficiunt, ipsa etiam experientia idem sufficienter comprobavit. Verum hoc est, non quia Plato dixit, sed quia id quod ob certas rationes & demonstrationes veritati consentaneum est. Huc ergo spectant generales CANONES. I. Omne Testimonium argumentis scientificis & demonstratione fultum firmum est, & tantam vim probandi habet, quantum ex demonstrativis defert: accessu sui evidentio rem veritatem reddit. II. Autoritas, si veris & certis rationibus ac demonstrationibus fulcitur, nulla est. Obiter hic observa, Inartificiale tantam ratione etiam esse Artificiale 1. ratione participationis. 2. quia ab artifice invenitur. 3. quia non minus artificiale illud investigandum requiritur quam ad argumentum artificiale. 4. quia in arte de eodem precipitur, pari ratione, pari definitione imperfecta, syllogismis imperfectis, &c.]

2. Estque duplex, Divinum & humanum.

[Non est hac per formas oppositas distributio, sed exemplorum tantum ex causis efficientibus distinctio. Quia ha natura sola de rebus testantur.]

3. Testimonium Divinum est, quod Deum auctorem habet.

4. Estq; vel immediatum, vel mediatum.

5. Immediatum est, quod nullo mediante Deum autorem habet (à Deo profertur) ut: *Vox patris de cælo clamat; Hic est filius meus dilectus, in quo complacuit mihi, hunc audite, Matth. 3.*

6. Mediatum est, quod mediantibus aliis Deum autorem habet. seu: ad quod perhibendum Deus aliorum ministerio usus est. ut, *Multis modis Deus olim loquens patribus, novissime nobis locutus est per filium, Hebr. 1. Paulus dicit nos justificari fide, non operibus, Rom. 3.*

[Mediatè à Deo instructi sunt vel angeli, vel homines: & hi vel generatim, ut est Ecclesia sanctorum: vel sigillatim Patriarcha, Prophetæ, Apostoli, Discipuli & sancti alii, quorum ministerio Deus in revelandâ & perficiendâ suâ voluntate usus est.]

### Exempla inventionis.

Testimonium.	Res Testata.
Deus Pater. _____	Hic est filius meus dilectus, &c.
Christus. _____	Mortui resurgent.
Esaias. _____	Messias nascendus è virgine.
Moses. _____	Adulteros capite plectendos.
Moses. _____	Mundus in principio creatus est.

Hæc enunciantur è testimonio & testato axiomaticè



icè hoc modo: Ipse Deus cœlestis pater de cœlo clamavit. Hic est meus filius cœlestis, &c. Christus ipse testatur mortuos resurrecturos esse. Esaias vaticinatus est Messiam virgine nasciturum esse. Moses adulteros capite plectendos esse sancivit. Idem mundum in principio à Deo creatum asserit.

Eadem Syllogisticè disputantur argumento deducto à Testimonio divino Christus est filius Dei dilectus. Quia pater ipse eum filium suum de cœlo proclamavit. Mortui resurgent. Quia ipse Christus dixit. Mortui virgine nasci debent. Quia id Esaias vaticinatus est. Mundus ab æterno non est, sed in tempore factus. Quia Moses illud asserit.

[Huc referenda sunt omnia exempla, oracula, miracula & testimonia divina, quæ in sacra Scriptura Canonice proferuntur, quibus vel fidei dogmata comprobantur, vel Christiana Regula informantur. Logici his addunt Oracula Deastrorum gentilium, utpote, Apollinis, Iovis Dodonæ, responsa vatium, fatidicorum, divinatorum, aruspicum, quæ quidem Diabolica vaticinia eatenus, quatenus L. usum ostendunt, admitti possunt: non quod verè divini, sed quod ab Ethnicis pro divinis habita fuerint.] Testimonii Divini sunt hi CANONES.

I. Autoritas divina est infallibiliter & immutabiliter vera, & loco principii immota.

Sola Testimonia divina non fallunt.

Quod Deus facit & testatur verum esse necesse est.

[Est enim ipsa veritas: mentiri nescit, est immutabilis, omnipotens, omniscius, ideoque & summè authenticus: & Deo testanti simpliciter credendum, & mandanti absque basilis neobediendum. Hic enim valet, αὐτὸς ἔφαθ']

II. Ab auctoritate vel testimonio divinis ducuntur argumenta affirmativè & negativè, ut, Christus dixit non moriturum quenquam, qui in peccatis credit. Ergo indubitato illud verum est. Sacra Scriptura

asserit Christum pro omnibus hominibus mortuum esse. Ergò verum est. Paulus dicit nos justificari fide. Ergò non justificamur operibus. Sacra Scriptura nusquam dicit Sanctos esse invocandos. Ergò invocandi non sumus.

III. Quicquid Sacra Scriptura Canonica testatur, id indubitata fide amplectendum & pro principio Theologico habendum.

Per scripturas enim Deus nobis loquitur: & testimonium hodie divinum nullum est præter scripturas Canonicas.

Itaq;

Quicquid è scripturis Canonicis non habet autoritatem, eadem facilitate rejicitur, qua asseritur.

[Ergò è libris non Canonicis sive Apocryphis nullum fidei dogma probari potest: multò minus ex oraculis Sibyllinis & similibus. Esi enim veri quid habent, non tamen idè valet, quia in illis libris proponitur, sed quia ex alio principio dependet. Ergò nec Evangelium Petri, Andrea, & aliorum scripta apocrypha, imò & Angelorum testimonia cum scripturâ Canonica pugnantia rejicienda. Si enim vel angelus è cælo aliud Evangelium predicaverit, Anathema sit, Gal. i. De Scriptura verò autoritate, perfectione, perspicuitate & interpretatione plura tradunt Theologi.]

IV. Autoritas Prophetarum, Apostolorum, aliorumque Doctorum Canonicorum per quos Spiritus S. locutus est, infallibilis & authentica est.

Auctoritas verò Synodorum & Doctorum Ecclesiæ certa est & infallibilis, quatenus cum norma Scripturæ Canonice consentit: Sin minus erronea, & rejicienda est. Non ergò X. C. Synodus Constantiensis decrevit communionem sub una specie. Ergò vera est. Hieronymus approbavit cælibatium. Ergò est licitus.

## ELENCHUS

Testimonii divini committitur I. Cùm autem divina falsa ponitur pro verâ. ut, *Cùm vel ex spectrorum apparitionibus, vel Enthusiasticis somniantium visionibus, vel incantatorum simulachris, falsa fidei dogmata probantur & explicantur.*

II. Cùm Testimonium impertinens, quod nihil ad rhombum facit, extra scopum adducitur. ut, *1. Cor. 3. dicitur, Vniuscujusq; opus probabit ignis. Inde concluditur. Ergò erit ignis purgatorius.*

[Loquitur enim de igne tribulationis.]

III. Cùm Testimonium truncatè & mutilatè citatur. Ita Diabolus citans illud Psal. 91. *Angelis suis mandavit de te, &c. omisit illas voces, In vltis tuis: quæ verum argumenti Diabolici prorsus incidebant.*

IV. Cùm testimonium malitiosè corrumpitur interpretando pervertitur: ut cùm quis ex verbis Christi *Marc. 9. Si te manus aut pes offenderit, abscinde illa, & colligeret. E. Origenes rectè fecit, quòd se castravit propter regnum coelorum.*

[Christus enim non de mutilando corpore, sed de primendis malis affectibus & mortificando veteri homine illic concionatur.]

V. Cùm denique in genere contra Canones Testimonii Divini peccatur.

Restat Testimonium Humanum.

## CAPUT XXXVI.

1. Testimonium humanum est, quod hominem autorem habet.
2. Estque vel commune (*publicum*) vel proprium.
3. Commune est, quod plurium est, & deque pluribus testatur.

*Ad hoc Testimonium commune referuntur* 1. Leges non scriptæ, quales sunt leges naturæ, & consuetudines. 2. Leges scriptæ, utpote jus civile, leges Romana, juris allegationes. 3. Rescripta, placita, Senatus consulta, plebiscita, responsa, edicta, intimationes, constitutiones, &c. 4. Illustres sententiæ, proverbia, adagia, dicta sapientum. ut, *Nosce teipsum: Pares paribus congregantur, &c.* 5. Sensus communis, cum experientia, & notoria rei gestæ fama, rumor item communis, &c.

4. Proprium est, quod certi alicujus hominis singulare est, inq; unâ aliquâ re testificandâ occupatur.

*Ad hoc pertinent.* 1. Singulorum autorum peculiaris *quædam*, quales sunt Ciceronis, Menandri, Seneca, Aristotelis, Platonis, &c. 2. Testimonia certarum personarum sive præsentium sive absentium; sive mortuorum, sive vivorum. 3. Confessiones: eæque vel libere, vel vi expressæ, vel astu elicite. 4. Obligationes, sponsiones & stipulationes. 5. Juramenta. 6. Pignora, monumenta, libelli, vades, arrhæ, præfides, obsides, & quæcumque aliquam iudicii vim habent, qualia sunt arma, cruentatio cadaverum, mutatio vultus & affectuum, variatio pulsus, immutatio coloris, excitatio sudoris, & innumera alia.

### Exempla inventionis.

Restestata. Testimonium commune.

Cuius sua defensio permessa est. — *Lex naturæ.*

Licitæ ades furis. — *Lex XII. tabularum.*

Superbia invisum vitium. — *Nosce teipsum.*

Restestata. Testimonium proprium.

Rempublici contineri præmio & pœna — *Solon dixit.*

Iustitiam colendam — *Virgilius.*

Arborum radices amaras, fructus vero dulces — *Aristoteles.*

Præstare damnum — *Obligatio, &c.*

Rem ita esse vel non — *Confessio, juramentum, &c.*

Hinc axiomata: *Lex naturæ defensionem sui permittit.*

Lege XII. tabularum nocturnum furem quoquo modo  
 terficere impune permittitur. Proverbium Nolce te ipse  
 superbiam in visum vitium esse monet. Rempublicam  
 tineri premio & pœna rectè Solon asseruit. Virgilius iustitiam  
 colendam esse monuit. Artium radices amaras, fructus  
 dulces rectè Aristoteles censuit. Ille mecum de damno  
 stando pactus est. Confessus est liberè se furtum commi-  
 suravit se hoc non fecisse, &c.

Ex iisdem disputantur etiam quæstiones dubia  
 gumento tertio a Testimonio humano ducto. Non  
 omnis cades est nefaria. Quia lex non scripta ad sui defen-  
 sionem latronem; lex scripta verò furem nocturnum occidit  
 permittit. Non superciliosè alii despiciendi. Quia Sapien-  
 tiam, ut quisquis seipsum nesciat, monuerunt. Respublicam  
 tinetur premio & pœna. Quia Solon dixit. Artium radices  
 amara, fructus dulces. Quia Aristoteles affirmavit, &c.

[ Observa reciprocationem à re testata ad testem esse  
 scuriorem & infirmiore. Nam qui verax est, is quidem  
 verum testimonium dicit: Sed non qui verum testimonium  
 forte dicit, is etiam omnino verax est. Non enim valet,  
 verum testimonium dicit, verax est. Ille dixit verum tes-  
 timonium Ergò est verax. Propositio enim est contingens  
 quia mendaces, imò ipse Diabolus, quandoq; verum dicunt.  
 Quòd si ita informarem. Qui verax est, testimonium verum  
 dicit, ratione quidem veracitatis connexionem necessariam ha-  
 beret: sed quia homo mutabilis, etiam contingens est, cer-  
 tior tamen superiori. ] Testimonii humani sunt hi  
 NONES.

I. Autoritati humanæ credendum est, qua  
 tenus firmis utitur rationibus & demonstra-  
 tionibus.

In Testimoniis enim humanis non viden-  
 dum, quis dixerit, sed quid & quam verè di-  
 xerit.

[ Hic namque valet illud: Amicus Plato, amicus So-  
 crates, sed magis amica veritas; non verò tò còtis  
 &c. ]

¶ *Omnia siquidem auctoritatibus antiquior habenda veritas, i. Ethic. c. 6.* ]  
Itaque

II. Ab autoritate humana ducuntur tantum argumenta affirmativa (*quatenus assensio legitima ratione probatur*) non verò negativa.

Non ergo valet; *Aristoteles non dixit mundum esse corruptibilem. Ergò non est corruptibilis. Galenus nil scripsit de morbo venereo. Ergò morbus venereus non est.*

[*Neque enim Aristoteles, neque Galenus omnia voluere aut potuere definire & conscribere.*]

III. Autoritas & consuetudo humana cedunt rationi & naturæ. Hæc verò cedunt auctoritati divinæ. *Lex enim inferior cedit superiori.*

IV. Testimonium prudentis, gravis, constantis, cordati, rerum periti, in dignitate constituti, amanti pietatis & veritatis, sobrii & integris sensibus præditi, præferendum est testimonio imprudentis, leviculi, imperiti, prostituti, obscuro, ebrii, sensu & ratione destituti, &c. Et: *Artifici de artis suæ operibus, sobriè, serio, & attente testanti credendum est. Et: Oculati testes potiores sunt auritis.*

V. Testimonium humanum certos habet gradus, ideoque alterum habetur altero firmitius.

[*Sicut enim homo varius est, ita & testimonii humani fides variat. Est enim Theologus, i. Ctus, Medicus, Philosophus, Politicus, Oeconomicus, Mechanicus, &c. est persona publica, privata; est peritus, imperitus; moribus probatus, vitiosus; illustris, obscurus; Serio loquitur cum prudentia & constantia, vel joco, obiter aut minus attentè. Est testu oculatus, auritus, &c. D. Libav.]*

VI. Quæ per communem experientiam & notoriam famam ab omnibus promiscue comprobantur, anteferenda sunt iis, quæ a uno atque altero privato proferuntur.

[ *Intellige, si principiis divinis, demonstrationibus artium, & expressæ veritati non adversentur.* ]

*Huc pertinet & hic Canon: Quod magis pars definit, prævalet.*

[ *Si nimirum cætera sint paria. Si enim testimonium unius fultum sit firmiter rationibus, preferendum est plurium testimonio fundamentis cariosis innitenti: Ita Paphnutius patres concilii Niceni sacerdotibus compurgantibus interdicens autoritate Pauli convicit. Hic enim valet regula: Multitudo errantium errori non parit periculum.* ]

VII. Decreta Imperii, Rescripta Principum, Senatus consulta, aliæque à magistratibus proposita valent, si nil contra pietatem, leges universales, obligationesque reciprocas præcipiant.

IX. Testimonia Academica, & publica, itemque opificum in qualibet tribu sigillis & subscriptionibus confirmata, ac legitime impetrata firma sunt.

### ELENCHUS

Testimonii Humani committitur eodem modo quo in Divino, ut cum I. Testimonium falsum præsumitur pro vero.

II. Cum impertinenter allegatur.

III. Cum truncatè citatur.

IV. Cum malitiosè corrumpitur & interpretatur invertitur. ut, cum ex verbis Catechismi Lutheri: verbum PRO VOBIS requirit omninò corda credentia & illud

Qui FIDEM habet his verbis, &c. quidam inferunt.  
Ergo tantum fide corpus Christi manducatur.

[Lutherus enim quod loquitur de fine & salutari fructu cœnæ, isti ad substantiam referunt.]


V. Cum testimonia humana adducuntur ad destruendum Divinum. ut, cum auctoritates patrum preferuntur auctoritati Canonica.

VI. Cum ex vulgari rumore inconstanti certissimum esse aliquid asserimus. Talis enim rumor fallacissimus.

VII. Cum testimonium profertur ab hoste alicujus, ut, cum Pontificii probant ex Cochleo Lutherum subitaneâ morte interisse & cada ver ejus ante sepulturam intolerabilem fetorem spirasse: vel ex Surio, Calvinum in confirmationem sua doctrine virum quendam, qui fucatâ specie se mortuum simulasset, à mortuis excitare voluisse, qui præter omnem expectationem in pheretro mortuus inventus, fraudem ejus omnibus conspiciendam dederit. Cochleus enim & SURIUS jurati eorundem hostes fuerunt.

IX. Cum denique contra enumeratos Canones quoquo modo delinquitur.


Sic fuit liber I. de Inventione: Sequitur II. de Judicio sive dispositione.



Tabel-



Tabella Axiomatum.  
In Axiomate consideranda



Tabella



DIALECTICÆ  
LIBER SECUNDUS,  
CRITICÆ.  
CAPUT I.

*Judicii & Axiomatis Definitio.*

I. JUDICIUM est altera Dialecticæ pars de disponendis argumentis ad benè judicandum: *Vnde & DISPOSITIO dicitur.*

[Definitio hac constat genere & formâ. Genus est altera Dialecticæ pars. Formâ subjecto occupante & sine explicatur. Occupata enim tota hac pars est in disponendis argumentis, id est, eum in finem, ut rectum de rebus dispositis judicium feratur. In quem finem promiscuè à Ramo modo Judicium, modo Dispositio appellatur. Dispositio quidem à formâ: unde & Compositio, Positio, Collocatio; ἑρσις, διαῑεσις, ταξις, σύνταξις, ab ordinando, conjungendo, collocando, disponendo dicitur, quia res inventas componit, collocat, disponit. Res autem inventæ & disponendæ sunt argumenta, sive conceptus & notiones simplices, à quibus per compositionem fiunt propositiones, enumerationes, sive axiomata legitime secundum naturam argumentorum inter sese affectionem disposita: ex axiomatibus verò syllogismi, &c. Judicium verò dicitur à fine, quia omnia, quæ disponuntur, eum in finem disponuntur, ut rectum de illis feratur judicium, verane sint an falsa, &c. Aliàs ἑρσις, κριτική Criticæ, pars Criticæ, pars judicatrix, nominatur iudicium: Idque per Metonym. effecti ex sententiâ

Rām. 02

Prædicatum.  
 Qualitatem.  
 I. Affirmatum.  
 Negatum.  
 utrumque.  
 Purum.  
 Modale.

*Rameorum: Quia iudicium ex dispositione existit; sententia  
dispositio est iudicii causa. Ex Aristotele hæc pars etiam  
dicitur Analytice, quasi orationum & sententiarum resolu-  
tionem in syllogismos, axiomata, & terminos nomines. Et  
enim confecta est Oratio Logica. Observa duo. I. ordinis  
naturæ inventio præcedit Dispositionem. Est enim  
simplicior, quia simplices terminos tradit. Simpliciora  
sunt naturâ priora compositis. Ars verò naturam imitatur.  
At Dispositio agit de enunciationibus, quæ ex simplicibus  
terminis fiunt, & methodo deinceps disponuntur. II. Iudicium  
etiam in parte inventrice locum habet, sed in  
ratione *τῆς ἕξεως* sive usus, non ratione præcep-  
torum & essentia. Adde ex Libav. Iudicium non habet  
locum in Inventionem, nisi quatenus ex axiomatibus  
constituta, quorum est iudicium.]*

2. Iudicium duplex est, Axiomaticum & Dianoëticum.

[*Dispositionem sive Iudicium alii tribus partibus  
distinguentur; nempe terminis, axiomatibus, &  
cursu, sub quo Syllogismum & Methodum comprehendunt  
sed male: Quia doctrina Terminorum pertinet ad Topice  
neque tautologicè aut otiosè hic reiteranda.]*

3. Iudicium axiomaticum est legitima axiomatum dispositio & dijudicatio. Dicitur aliàs iudicium propositionum, & doctrina prædicationum.

4. AXIOMA est dispositio argumenti cum argumento, quâ esse aliquid aut non esse iudicatur.

Dicitur aliàs Aristotelicis Propositio, enunciatio, prædicationis, interpretatio, pronuntiatio, pronuntiatum, effectum, enunciatum, oratio enunciativa, prolativum, sententia, &c.

[*Axioma derivât alii ab ἀξίωμα id est, dignum*

quod sit pronunciatum honorarium, cui propter manifestam  
 rerum veritatem fides merito sit habenda. Aristoteli est prin-  
 cipium demonstrationis in scientiis, ut sit idem quod axioma  
 necessaria veritatis, seu Theorema, quod Cicero præceptū  
 scientificum interpretatur. Propositio verò Aristoteli in  
 specie dicitur contingens enunciatio, Libav. fol. 484.  
 Alii axioma derivant ἀπο τῆ ἀξίῃς, quod significat  
 sentire seu existimare, ut ita notatio competat non tantum  
 sententiis scientificis seu indubitata veritatis, sed promiscuè  
 quibusvis. Ideoq; Ramus retinere maluit vocem Axioma,  
 quod ipsam internam mentis dispositionem & animo conce-  
 ptam sententiam suâ luce manifestet, sive illa externo sermone  
 explicetur & proferatur, sive intus in mente concipiatur &  
 absolvatur. Reliqua verò Synonyma propterea à Ramo reje-  
 cta, quod magis sint exterioris sermonis & oris, quàm interio-  
 ris rationis & mentis Symbola: Sed tamen, usum parum vo-  
 cum pro discipulis capere promiscuum, adeoq; ejusdem peri-  
 culi esse judicamus sive Axiomatis sive Propositionis vocabu-  
 lum retineamus. Definitio porrò Axiomatis constat I.  
Materia: quæ sunt duo argumenta inter se affecta; ut  
potè causa & effectum, vel subjectum & adjunctum, vel ge-  
nerus & species, &c. 2. Forma: quæ est dispositio duorum  
argumentorum (quæ Aristoteles modo vocat Categori-  
mata, modo terminos,) per vinculum facta dispositio.  
3. Fine: in quem dispositio illa argumentorum instituitur  
nempe, ut esse aliquid vel non esse judicetur, hoc est, ut  
intelligatur, quid res sit, vel non sit. Ab Aristotele definitur  
propositio oratio, in quâ prædicatum ita de subjecto  
dicitur, ut verum aut falsum aliquid esse intelligatur;  
ut, Homo est animal. Nix est alba. Deus est Spiritus.]

5. In axiomate consideranda, 1. Par-  
 tes. 2. Divisio. 3. Affectio.

6. Partes Axiomatis duæ sunt, Sub-  
 jectum & Prædicatum: Illud dicitur An-  
 tecedens: hoc verò Consequens.

7. Sub-

7. Subjectum est, de quo aliquid dicitur sive enunciatur. Græcè ὑποκείμενον: à Scholasticis Suppositum nominatum.

[Subjectum hic non accipitur, ut supra in doctrina logica pro eo cui aliquid adungitur: Sed pro axiomatis parte priorē sive antecedente, unde & Antecedens dicitur. Ab aliquibus vox Subjecti hoc loco repudiatur, quod dicitur competat axiomatici simplici & affirmato, non negato & supposito. Verum sic & Antecedentis vocabulum rejiceretur, quod in simplici axiomatico idem est quod Subjectum Composito verò non est. Nos Synecdochicè appellationem unà tantum parte citribui dicimus, qua tamen ad omnes totas referri debebat.]

8. Prædicatum est, quod de aliquo (subjecto) dicitur sive enunciatur.

Ab Aristotele etiam appellatur attributum, quia Subjecto attribuitur & inest; ἐπιμέμμενον Consequens, ὑποκείμενον terminus consequens, quia in axiomatico argumentorum compositione secundo loco sequitur: τὸ ἐπιμέμμενον λέγεται ἐπιμέμμενον, id quod de alio enunciatur: Scholastici vocant appositum.

9. Id quo subjectum & prædicatum colligantur ac continentur, dicitur Vinculum.

10. Vinculum est vis argumenta inter sese certo modo affecta connectens, ut ex iis fiat integra sententia: Unde etiam dicitur copula.

Exempli gratiâ, Cum dico: Homo est animal. duo sunt argumenta (termini, categoremata) Homo - Animal: Inter qua est affectio Logica, Speciei & Generis. Alterum verò (Homo) antecedit, ideo dicitur Antecedens: & Subjectum; quia de eo quid dicitur, nempe animal esse.

male esse. Alterum (animal) sequitur: Idèd dicitur Consequens sive Prædicatum, quia de homine enuntiatur: Verbum EST vocatur vinculum sive copula. Duo verò ista categoremata, Homo-animal, axioma non sunt, sed nudi termini. Dum verò connectuntur per verbum EST tanquam copulam sive vinculum, axioma constituunt. Homo est animal: unde iudicium quis facere potest de aliquo esse hominis, quid nimirum sit, nempe animal. Sic examinentur hæc exempla. Nix est alba. Deus est Spiritus. Fortes creantur fortibus & bonis. E dictis eliciuntur hæc

CANONES.

I. In omni axiomate tantum duo argumenta componuntur inter se affecta, non plura.

[Est enim dispositio argumenti cum argumento, non plurium. Tria enim si argumenta disponuntur, dispositio fit Syllogistica. Argumenta autem illa duo vulgo dicuntur Categoremata.]

II. Unius axiomatis est unum tantum subjectum & unum prædicatum, non plura.

III. Subjectum verò & Prædicatum non uno semper vocabulo duntaxat exprimitur, sed interdum vel utriq; vel alteri descriptiones sive determinationes quædam adduntur, quæ vulgò dicuntur Syncategoremata: ut, Didicisse fideliter artes emollit mores, nec finit esse feros. Hic antecedens sive subjectum declaratur tribus vocibus, didicisse fideliter artes, quibus tamen denotatur notia unum, habens affectionem causa (artes:) Consequens verò sive prædicatum duabus, quibus iterum categoremata unum denotatur nempe effectum (mores emollire) reliqua qua his declarandi gratia adjiciuntur dicuntur Syncategoremata. Aristotelici autem non tantum distinguunt inter categoremata & syncategoremata, sed & inter signa categorematica. Signum categorematicum desiniunt, quod certum prædicatum & subjectum denotat, ut

*Nomen & Verbum*: Nomen est vox significans aliquid ex instituto absque temporis configuratione, cuius nulla pars separatim aliquid significat: ut *Sanitas*, vel *Finitum*, quod unam certam rem definitè significat. ut, *homo*: vel *Infinitum*, quod non unam certam aliquam rem, sed diversam indefinitè significat: ut *homo*. *Vtrumque est vel Rectum*, quod recto, vel Obliquum, quod obliquo casu exprimitur, & ab illo flexum est, ut, *homo hominis, homini*. Verbum est cum actione vel passione quadam tempus configurans, cuius nulla pars separatim aliquid significat, *sanat, sanatur*. *Estq; vel Finitum*, quod certam categoriam definitè exprimit: ut, *currit, scribit*: vel *Infinitum*, quod additâ negatione ad verbum finitum exprimitur, ut, *non currit, non scribit*. Vel *rectum*, quod sensus tempus simpliciter significat. ut, *scribo, ambulabo*. Obliquum, quod significat tempus præteritum aut futurum. ut, *scribam, scripsi*. *Signa Syncategoretica* sunt, quæ præter rei modum in propositione positis nihil significant. *Qualia sunt ista*: *Omnis, nemo, quilibet, nemo non, semper, ubique, nusquam, quædam, quidam, aliquid, solus, tam, tantum, dumtaxat, non nisi*; *item vox præter, quæ particula exceptionis, quæ vel quatenus, quoad, quæ particula exclusionis nominantur*. *Quibus denotatur nonnunquam Determinatio conclusiva*. ut, *Solus Deus est invocandus*. *Tantum electi voluntur: nonnunquam limitativa, quæ sit signo restrictiva* ut, *homo quâ homo est risibilis*. *Ignis quatenus calidus non Homo quoad corpus moritur*. Interdum tamen hæc signa omittuntur. ut, *Qui perseveraverit, usque ad finem salvus erit, &c.* *Qua propositio Melanchthoni dicitur Indefinita*. Sive autem addantur sive omittantur, propositioni nihil addit. Si enim est universalis, manet talis, si specialis similiter. *Clarius saltē iudicium signorum appositione elucescit.*

**I V.** Subjectum ipsa rerum natura prædicatum antecedit.

[Si enim in propositione subjiciatur prædicatum, prædicatio fiet inordinata, & contra naturam. ut, prædicatum factum

videndi est canis. Album est lignum. Accidens enim secundum naturam de subiecto prædicatur: non contra. Exeipe autem hic crypses axiomatum apud auctores occurrentes.]

V. Prædicatum à suo Subiecto est distinctum & diversum.

[Saltem nominatenus vel quoad nomen: alias enim generetur propositio identica, hoc est, idem prædicaretur de seipso. Vbi nota loqui nos de illo quod prorsus & simpliciter est idem. ut, Cerberus est Cerberus: pomum est pomum. At cum dico, malum est pomum, alterum sumitur notius, alterum ut ignotius, &c.]

VI. Verbum Est, quod prædicatum cum subiecto suo copulat & conjungit præter istam terminorum compositionem nihil significat: nec ullius certi nominis symbolum est.

[Ideo dicitur ab Aristot. οὐδὲ καὶ τὸ ἐξ ἑμῶν ad prædicatum, quod nihil per se significet, sed ad significet: non quidem, ut unum ex argumentis declaret, sed sua utrumque comprehendat, & cum voce sequenti unius tantum argumenti locum suppleat. Interdum in propositione elliptica denotat duo: vel existentiam, ut homo est: vel tempus, ut dies est.]

VII. Copula nec pars axiomatis nec argumentum est, sed vinculum saltem quo prædicatum subiecto alligatur; Et plerumque ad prædicatum pertinet.

[Ratio est: Quia 1. Axioma non resolvitur in vinculum, sed tantum in subiectum & prædicatum. Ex quibus vero aliquid constituuntur tanquam ex partibus, in ea etiam resolvitur. Quia 2. non est argumentum Logica inventionis. Quia 3. nullum vinculum potest esse pars partium, ut Spiritus vinculum dicitur in homine, nec tamen est pars partium, hoc est, neq; corporis neq; anima.]

IX. Copula non semper explicitè ponitur;



tur, sed nonnunquam *implicitè*: Semper tamen subintelligatur. ut, *Homo est mortuus* (Hic vinculum expressè ponitur.) *Terra movetur. Abiit, excessit, erupit, evasit,* (hic ponitur *implicitè*.) *Quæ propositio dicitur implicita, elliptica, sive cryptica propter occultatam copulam.*

IX. Vinculum est modò verbum, modò conjunctio vel æquipollens particula alia. *Deus est justus. Cælum movetur. Si Deus pater nobis, quis contra nos.*

[Nota 1. Aristotelici etiam quædam Accidentia dicitur *axiomata* tradunt: quorum alia sunt partium axiomata, alia totius axiomatis. Ex illis I. dicitur Ellipsis, defectus, quod aliquid axiomati deest. ut, *aut bestia est, aut homo.* Defectus est: si animal est. Hic defectus potissimum est in copula, ut in Can. 8. II. Redundantia, cum argumentum vel petitur, vel parti alicui descriptio, conditio, limitatio, amplificatio additur. Unde & congeries verborum exegesis, epexegetis dicitur: quia aliis verbis axiomata declaratur & amplificatur; Item prothesis, appositio dicitur, quæ ad syncategoremata referimus, ex Can. 3. III. Est Metathesis seu transpositio, quæ est partium trajectio, ut, cum subjectum loco prædicatum ponitur, vid. Canon. 4. Dereliquis accidentibus infra. II. Axioma non exprimitur semper indicativo & sermone proprio; sed aliis etiam modis, itemq; verbis modificatis sive tropicis. Logicus enim sensum spectat, non verba. Proinde orationes imperativa, invocativa, deprecativa, &c. commodissime ad propositiones revocari possunt, ut Orationem imperativam, lege, scribe, &c. revoco ad hanc: *Jubeo te legere, scribere.* Ita precamur in oratione Dominica: *Sanctificetur nomen tuum, &c.* hoc est, precamur ut sanctificetur nomen tuum, &c. Non sunt autem propositiones sive axiomata per se & absolute, sed secundum quid, per anagogiam sive reductionem.]

Hæc de partibus axiomatis; sequitur divisio.

CAPUT

## CAPUT II.

Axiomatis Divisio; Affirmatum &  
Negatum, &c.

1. Dividitur axioma 1. secundum qualitatem. 2. secundum quantitatem. 3. secundum species.

[Si dichotomia studiosus esse velis, ita dividere possis. Dividitur axioma vel secundum affectiones, vel secundum species. Affectio vel est qualitatis, vel quantitatis. Qualitas vel absoluta, vel secundum quid. Secundum qualitatem absolutam axioma vel est affirmatum, vel negatum. Ratione qualitatis secundum quid (qua ei propter affirmationem & negationem accidit) est vel verum vel falsum, &c. Vnum hic observa: In scholis Peripateticis ad exercenda Scholasticorum ingenia, & faciliorem propositionum dijudicationem proposito axioma sive enunciatione aliqua queri solet: Quæ, qualis, Quanta: Vbi, interrogatio Quæ, querit de specie enunciationis; An sit simplex (categorica,) an composita (hypothetica:) Qualis; sitne affirmata, an negata, vera, an falsa: Quanta; sitne universalis, an particularis: indefinita vel propria.]

2. Secundum qualitatem I. Axioma est vel affirmatum, vel negatum.

[Huc pertinet Divisio Philip. Propositio alia est affirmativa, alia negativa.]

3. Axioma Affirmatum est, cujus vinculum affirmatur;

Seu, in quo prædicatum de subjecto affirmatur.

Vinculum affirmatur, cum consequens (prædicatum) antecedenti (subjecto) inesse, adesse,

adesse. vel quovis modo consentire. ab  
negatione indicatur. ut, *Paries est albus.* *Forti-  
tudo est virtus.* *Cælum movetur.* *Animus  
immortalis.*

[*Hinc Philipp.* Affirmativa propositio est, quæ asserit  
aliquid adesse vel inesse subjecto. *Observandum  
aliter accipi Affirmationem in Topicis: ubi positionem  
dæmonstrat, vid. sup. lib. 1. c. 16. fol. 154.* 2. Affirmativa  
est ponere consequens inesse vel convenire antecedenti  
affirmationem Criticam esse iudicium axiomaticum  
vinculum affirmatur seu positivè enunciatur, proprie-  
tatem consensum, Libav. 1. 2. fol. 490.]

4. Negatum est, cujus vinculum  
negatur.

In quo prædicatum negatur de  
jecto,

Vinculum negatur, cum negatio vinculum  
præcedit, hoc est, cum particula negativa  
vinculum expressè ponitur: vel ad id dicitur  
tur. ut, *Prodigalitas non est virtus.* *Leo non  
asinus.* *Terra non movetur.* (Hic negativa  
particula expressè ad vinculum ponitur.) *Non  
avarus est iustus.* *Nullus bonus est malus.* (Hic  
negatio ad vinculum dirigitur.)

[*Philipp.* Negativa propositio est, quæ asserit  
aliquid abesse subjecto per particulam negativam  
veniente loco positam. *Vbi tamen notabis. 1. Sub-  
jectum & Prædicatum accipi latius quatenus & compositum  
axiomatibus per Synecdochen attribui possunt. 2. Ad  
negatum quidem dicitur vinculo negato, sive expressè ad  
negandum ejusdemq; Symbolo & signo fiat, sive sensu. Quod  
videndum sit, id ex affectione argumentorum diffinietur.  
nea, sicut. 3. Negationem Criticam aliam esse à Topicis  
Vid. lib. 1. c. 18. fol. 165.] Horum sunt hi*

## I. Affirmatum prius est negato.

[I. Ratione commensurationis. *Affirmatio enim est negationis mensura.* 2. ratione dependentiæ. *Negatio enim dependet ab affirmatione.* 3. ratione cognitionis. *Prius enim cognoscitur affirmatio.* 4. ratione simplicitatis. *Affirmatio enim est simplicior negatione.* 5. ratione excellentiæ. *Affirmatio enim dicit aliquid de re positivè: negatio tantum privativè.* 6. ratione Entitatis. *Affirmatio est Ens. Negatio est non Ens.*]

II. Verum negatum dependet à vero affirmato. ut, *verum est animam hominis non esse negati, quia est ἐν πλάξεια seu Spiritus.*

III. In negato particula negativa convenienti loco reponenda est, nempe vel in principio, ut, *nullus homo est Leo:* vel immediatè ante vinculum, ut, *homo non est Leo.* Itaq;

IV. Si negatio vinculum sequitur, vel ad descriptionem subjecti aut prædicati pertinet, axioma affirmatum est, non negatum. ut, *Catilina est non — bonus.* (Est affirmatum axioma, quia negatio est Topica, non Critica, sed subsequitur vinculum. (Sic: *qui non est bonus est malus. Omnis qui non crediti condemnabitur. Omnis plantatio quam non plantavit Pater cælestis eradicabitur.*) (Axiomata sunt affirmata: Quia negatio non pertinet ad vinculum, sed ad descriptionem subjecti.)

5. Utrumq; tùm affirmatum tùm negatum, est vel purum, vel modale.

6. Purum est, cujus prædicatum Subjecto convenit (de subjecto enunciat) simpliciter absque modo.

Dicitur Aristotelicus simplex, vel de inesse, ἢ ἰσπαγεῖν: ut: *Omnes qui credit in*

*Christum salvatur. Fide justificatur homo.*  
 [Simplex dicitur, non absolute, sed comparative, nempe  
 spectu Modalis. Nullo enim modo determinatur.]

7. Modale est, quod determinatur  
 modo quodam : cujusmodi sunt, *Necessesse, possibile, impossibile, contingens.*  
*Necessesse est Deum esse justum (necessitate  
 soluta :)* *Necessesse est cras solem oriri (necessitate  
 physica :)* *Necessesse est instare poenas temporales  
 (necessitate consequentiae :)* *Necessesse est  
 Platonem ambulare dum ambulat, (necessitate  
 positionis :)* *Impossibile est peccata Deo placere.*  
*Possibile est juvenem in florenti aetate mori.*  
*Contingens est hominem esse doctum.*

[Assignantur hi modi etiam adverbialiter, ut, *ne-  
 cessariter, contingenter, impossibilitate, necessariorum  
 cantur autem Interni sive Intrinseci, quia rebus  
 habentur, non causa alicujus predicamenti, sed quatenus  
 simpliciter sunt res. Omne enim quod est aut possibile,  
 impossibile, aut necessarium, aut contingens esse  
 dicitur, Scheck. Anal. tract. 3. c. 18. Caterum doctrina  
 huiusmodi cum sit intricatior, nobis definitiones nudas adposuisse  
 sufficiat. Vide plura apud Arist. in lib. de interpret. Tit. 1.  
 3. Dialect. cap. 21. Fons. lib. 3. cap. 10. & alios.]*

Sic fuit Divisio I. axiomaticum secundum qualita-  
 tatem absolutam ; sequitur altera secundum qualita-  
 tatem, quæ ipsis propter affirmationem & negationem inest.

### CAPUT III.

*Axioma verum, Necessarium, Con-  
 tingens, Falsum.*

1. *Secundum qualitatem II. Axioma*

est vel verum vel falsum. (*Philippo propositio est aut vera aut falsa.*)

[Est & hac divisio ex axiomatis qualitate, non simpliciter, sed propter affirmationem & negationem, Arist. lib. de interpr. c. 6. Ex affirmatione namque & negatione nascitur propositionis veritas & falsitas, Aristot. ibid. c. 1. Eo enim quod res est, aut non est, etiam oratio vera & falsa est. Arist. categ. c. 1. Cum enim ea componuntur (affirmantur) qua componenda (affirmanda) sunt, & dividuntur (negantur) qua dividenda (neganda) sunt, axiomata vera: & contra, si componenda dividantur, & dividenda componantur, falsa judicantur. Vnde veritas & falsitas posterior est affirmatione & negatione. Dependens enim natura posterior est independente & compositum simpliciter. Observa hic I. Verum intelligi tam in rebus, quam verbis. Sermones enim eodem modo veri sunt, quo res ipsæ, Arist. categ. 10. Cum alias Plato verum in rebus appellet Ens; verum in verbis veritatem. II. Veritas Ethica dicitur, que congruit cum mente aut mentis notionibus sive conceptionibus; ut, cum quis secundum animi sui scientiam & conscientiam aliquid pronunciat, quod aliter se habere nescit. Veritas Logica est adequatio orationis cum rebus ipsis. Sic verum dicitur Logicè, qui ita pronunciat, ut res in sua natura est. Veritas in Theologiâ accipitur aliquando pro substantiali verbo, ut cum Christus dicit: Ego sum veritas, Ioh. 14. aliquando pro verbo annuntiatio, ut; Ioh. 17. Sermo tuus veritas est.]

2. Axioma verum est, quod pronunciat uti res est. ut, *Lapis est gravis. Homo est mortalis. Homo non est lapis.*

Hæc axiomata vera sunt, quia asseveratio hæc cum re consentit; & quia dispositio argumentorum nature rei consentanea est. Prædicatur enim in prioribus adjunctum de suo subjecto affirmatè, in posteriori disparatum de disparato negatè.

[Pronunciare uti res est, est argumenta juxta mutuas

quas affectiones disponere & enunciare. *Conferentia*  
*primarium affirmatè. Dissentanea negatè; Causam & effectum*  
*causaliter & effectivè, definitum & definitionem defini-*  
*vè, &c. & sic fit axioma verum, si verò dissentientia*  
*& affectionibus suis enuncientur affirmatè, & consentientia*  
*negatè; Itemq; combinationes argumentorum violentè*  
*puta, si causaliter affecta enunciarent definitivè, vel sub-*  
*vè, &c. fit axioma falsum. Confer cap. 2. lib. 1. can. 1.*  
*quibus patet, Axiomata negata etiam vera esse posse.*  
*aqua non est sicca. Axioma hoc pronunciat uti res est*  
*movet enim siccitatem ab aqua, que per naturam est*  
*quam inest. Aristotelici propositionem veram definiunt.*  
 Quando quod est esse, quod non est non esse significamus. Philippo est asseveratio cum re consentientia.

### 3. Axioma verum est vel Necessarium vel Contingens.

[*Philippo propositionum alia sunt necessaria, alia contingentes, alia impossibiles (necessario falsa.)*]

### 4. Necessarium est, quod immutabiliter verum est, nec aliter se habere potest.

Græcè dicitur ἀποδείκνυσι, ἀεὶ ἴσταναι, ἀποδείκνυσι, αἰδιόσι. Necessitas hæc oritur ex omnibus argumentis necessariam & immutabilem affectionem inter se habentibus. Qualis est ubi causæ essentialiter enunciantur de essentialibus effectis: vel propria juncta de subjectis: Vel opposita negantur de oppositis; vel distributio de suo distributo, definitio de definito; conjugata, essentialia de se invicem; definitiones propriæ de nomine, &c. enunciatur. ut, *homo est rationalis: ridet: non est bestia: constat corpore & anima: est animal rationale, &c. Inventio est pars Dialecticæ. Veritas non est vitium. Musica est ars bene canendi, &c.* Non tantum propositiones necessariae sunt, in quibus species differentia aut proprium de subjecto predicatur.

5. Ejus sunt tres gradus sive conditiones. 1. κατὰ παντός, de omni. 2. καθ' αὐτό, per se. 3. καθόλου πρῶτον, Catholicum primum seu universale reciprocum.

6. Necessarium κατὰ παντός est, cū consequens ( *prædicatum* ) omni antecedenti ( *subjecto* ) semper inest. ut, *homo est rationalis*.

Hic rationalem esse ( *Consequens* ) omni homini ( *antecedenti subjecto* ) & quidem semper inest. Non enim homo est, qui ratione præditus non sit, & quidem semper : ( *nisi quid ex accidenti evenerit.* ) Requirit ergo. 1. Subjecti universalitatem, ita ut nihil sub antecedente concipiatur, de quo non dicatur consequens. 2. Temporis perpetuitatem, ita ut consequens de antecedente semper & ubique prædicetur. Vide Zabar. lib. 1. post. analyt. cont. 29.]

7. Necessarium καθ' αὐτό per se est, cujus partes inter se sunt essentielles.

8. Estque vel primi, vel secundi modi.

[Sunt enim partes essentielles 1. absolute, ut causa essentielles & Symbola earum in argumentis à primis ortis: Sic essentialis est forma formato: genus speciei, membra integri definitio definito. 2. Modo quodam, ut cū Subjectum est essenziale adjuncto proprio, quod à posteriori essenziale dicitur, Arist. l. 1. post. anal.]

9. Καθ' αὐτό primi modi est, cujus prædicatum est in definitione ( *est de essentiâ* ) subjecti. ut, *Homo est ratione præditus. Iustitia est habitus. Petrus est homo.* Arist. lib. 1. post. c. 4.

10. Καθ'



10. Καθ' αὐτὸ secundi modi est, cuius subjectum est in definitione (est de sententiâ) prædicati. ut, *Homo est capax disciplina, potest videre. Corpus est mobile.* Quæ pertinent propria quarti modi, sive reciproca sint, sive non.

[Vulgò quatuor faciunt modos dicendi per se: 1. Meratos enim additur. 2. Qui est eorum, quæ nec in se nec prædicantur, sed seipsis sunt & intelliguntur. 3. Cùm aliquid per essentiam suam dicitur, quod affirmatur alteri inesse. Sic quodlibet singulare est natura per se & non per aliud proximè & primum. 4. Cùm propria causa cum proprio effectu extra se præteritiam disponitur, ut *medicus medetur, cantor canit.* Duo posteriores modi vel nullam habent necessitatem, quartus saltem rarissimè admodum. Vid. Zabari, l. 1. de pos. necess. c. 11.]

11. Necessarium καθ' ὅλας πρῶτον, catholicum primum est, cùm prædicatum cum subjecto disponitur reciprocè. ut, *Omnis homo est rationalis. Omne animal sentit.* Sunt axiomata catholica convertibilia sive reciproca. *Quidquid est rationale est homo. Quidquid sentit est animal.*

[Catholicum in se continet etiam gradus priores, idem gradum necessitatis summum constituit. Quod verò contrarium non potest, catholicum non est. Dicitur aliàs universale: 1. Lex veritatis. 2. Iustitia. 3. Sapientia. Axiomatis veri & Necessarii sunt hi CANONES.]

I. Verum vero consonat.

[Nihil enim sibi ipsi est contrarium. Sed contrarium]

tas omnis est inter duo, eaq; distincta. *Cum igitur verum unum sit, & sibi prorsus simile, non potest non vero consonare.*

II. Quæ in rebus ipsis est veritas, ea est affirmatio in oratione sive prædicatione.

*[Quia ab eo, quod est vel non est, oratio vel vera vel falsa est.]*

III. Judicium axiomatis necessarii est scientia, quæ res per causas immediatas & proximas certò demonstrantur.

IV. Axiomata necessariò vera & affirmata vim habent principiorum scientificorum.

*Itaque*

V. Ex coordinatione eorundem artes & scientiæ constituuntur.

*[Cave tamen, ne superstitiosè nimis & rigide omnia artium & scientiarum præcepta ad tres has leges cum Rameis adstringere præsumas. Est enim illud ob mentis & iudicii nostri hebetudinem in omnibus impossibile.]*

12. Contingens est, quod sic verum est, ut aliquando possit esse falsum, hoc est, quod mutabiliter verum est. ut, *Socrates ambulat. Aqua calida est. Fortes creantur fortibus. Germani milites expulerunt Turcam ex Vngaria.*

Axiomata vera sunt contingenter: licet enim de hoc vel illo hoc tempore vera sint: de alio tamen alio tempore falsa esse possunt. Contingentia oritur ex argumentorum inter se affectorum mutabilitate & inconstantia; quia in contingentibus accidentia communia dicuntur de subjectis. ut, *Lapis est albus. Socrates est ager.* Ejus sunt hi CANONES.

I. Judicium axiomatis contingentis est opinio;

opinio; quâ certò nil demonstrare, sed probabiliter saltem asseverare possumus.

II. Futurorum contingentium non est terminata veritas. *Essent enim sic necessaria non contingentia.*

[Nota. Opinio est languida rerum mutabilium assensio. Estq; vel certa vel incerta. Certa est prateritum & presentium. Vel est de veritate rei iam cognita explorata in rebus prateritis & presentibus. ut, Parisiâ Helenam, cuius veritatis contingentis opinio certa est, raptus ille post factum mutari non potest iuxta regulam. Quod factum est, infectum fieri non potest: & minustamen axioma contingens est, quia, ut loquitur Hippus, predicatum est extra substantiam seu extra substantialem definitionem subjecti. Sic: Dies hac est serena.ceptor jam docet in scholâ. Hic opinio presentium est. Sensus enim integri in proprio objecto non fallit. Quodlibet dum est, eo ipso quod est, necesse est. Opinio incerta est de rebus futuris. ut, Cras pluet: fiet Doctor. Huc pertinet Canon 11. de Contingentibus ter observa 1. esse & contingentia gradus. 1. Quæ sunt æqualiter contingentia, quæ æquè sunt apta fieri non fieri: ut animal ambulat. 2. Quædam sapientia contingentia; ut homo in senectute senescit. 3. Quædam contingentia, ut fodiens in agro reperit thesaurum. Dicitur Græcè ἐνδεχόμενα ἐπ' ἰσῆς: ὡς ἔην τὸ πῶλον: τὴν τύχην. Observa II. alios distinguere hic inter Verum Regulare, quod communem enunciandi modum sequitur: & inter Irregulare, quod à communi enunciandi modo recedit. Hocq; faciunt 1. Vel inusitatum, quo disparatum disparato propter utriusq; unionem affirmatè sine tropo prædicatur. ut, Homo est Deus. Deus est homo. quod personale sunt, quia propter unionem personalem humanum quid dicitur Christo-Deo; & vicissim quid Divinum de homine. Christus enunciat; Item, Panis est corpus Christi, quod nominatum Axioma inusitatum Sacramentale, quia disparatum disparato propriè & affirmatè enunciat propter unionem

Sacramentalem; vel 2. Figuratum seu Tropicum. *Cuius Subjectum vel Prædicatum tropo est affectum* (Copula enim cum argumentum non sit, tropum sustinere nequit.) ut, *Herodes est vulpes, Tyrannus est lupo*.] Restat Axioma falsum.

13. Falsum est, quod non pronunciat uti res est. ut, *Cælum non movetur.*

*Homo est arbor. Lapis est animal.*

Falsa sunt axiomata, quia aliter uti res se habet pronunciant.

[Sicut axioma verum est necessarium & contingens; Ita & falsum est quidem necessario & contingenter falsum; sed illud (necessario falsum) dicitur alio nomine Impossibile; Impossibile axioma est, quod ita falsum est, ut nunquam possit esse verum; Seu, cum prædicatum nullo modo subjecto convenit; ut, *Deus est mendax. Homo est lapis.*]

Hæc de Divisione secundum qualitatem: Sequitur ea, quæ est secundum quantitatem.

## CAPUT · IV.

*Axioma universale ac speciale.*

1. Secundum quantitatem axioma vel est universale vel speciale.

[Hæc referenda divisio propositionis in Universalem, particularem, indefinitam & singularem.]

2. Universale est, cuius consequens (prædicatum) universaliter tribuitur antecedenti (subjecto) universali.

hoc est, cuius subiectum est universale. ut, *Omnis homo est rationalis. Nullus homo est bestia.*

Consequens universale est, quod non uni tantum

rei competit, sed pluribus, adeoque de universali  
 communi antecedente dici potest. Sic, Homo est  
 universale seu commune antecedens, quia de multis singularibus  
 sive individuis dici potest, quales sunt singuli homines;  
 rationalis, est universale seu commune consequens, quia  
 hominum generi convenit & de singulis dici potest.

3. Estq; vel definitum vel indefi-  
 nitum.

4. Definitum est, cuius subjectum  
 signo universali est determinatum. Sed  
 quod signum universalitatis expressum  
 habet additum.

Qualia signa sunt, Omnis, Nullus; & his aequipollentia,  
 Nullus non, id est, omnis; Nemo, ne unus quidem  
 id est, nullus; Item universi, cuncti, quilibet, quisque,  
 quicumque, unusquisque, quotquot, &c. ut, Omnis  
 homo est animal. Nullus lapis est animatus. Quicumque  
 baptisati sunt Christum induerunt, Gal. 3. Non est qui  
 bonum, ne unus, Psal. 3.

5. Axioma Indefinitum est, cuius  
 subiectum universale nullo signo  
 determinatum. ut, *Animale est substantia*  
*Homo est rationalis.*

[Vbi nota signa hac neque de essentia axiomatis, neque  
 eius partem, neque argumenta, sed syncategoremata esse, quae  
 terminis sive argumentis addita, quantitatem attributionis  
 illustrius & evidentius indicant. Dicitur aliis axioma Indefinitum  
 finitum aequipollens universali. ut, Qui crediderit  
 baptisatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit  
 condemnabitur. Subintelligitur signum, Omnis. Ex  
 etiam sine appositione signorum universale est & non  
 nec. Quia ratio universalitatis dependet ab affectione  
 sequentis ad antecedens. Si itaque nihil sub antecedente  
 comprehensum sit, cui consequens non conveniat, universali  
 axioma]

*axioma est, etiamsi nulla generalitatis nota sit apposita.* ]  
 Horum sunt hi CANONES.

I. Signum universalitatis nunquam addatur immediatè prædicato: Reddit enim axioma falsum & ineptum. ut, *Omnis homo est omne animal.* (*Sic enim etiam foret bestia, equus, asinus, &c.*)

[ Signum enim ostendit non quomodo sumatur prædicatum, sed quomodo sumatur subjectum respectu prædicati. Dico autem immediatè nempe tum, cum prædicatum mediante copulâ distinguitur tum subjecto. ut, *Homo est animal.* At cum prædicatum est verbum adjectivum, signum hoc prædicati partibus seu descriptionibus additur. ut: *Christus omnes homines redemit. Deus omnes homines servat.* ]

II. Signum universalitatis locum non habet, ubi per naturam res tantùm unica, sive subjectum unum est: ut non rectè dicis. *Omnis Baptismus est Sacramentum. Omnis cœna Dominica constat duabus rebus, terrenâ & cœlesti.* Quia Baptismus tantùm unus, & Cœna Dominica tantùm una est.

[ At potes dicere, omne Sacramentum constat duabus rebus, &c. quia hic est pluralitas, in quam nota universalitatis cadere potest. ]

III. Axiomata indefinita potissimum locum habent in definitionibus & artium præceptionibus.

[ Licet enim Definitiones & præcepta artium sint universalia. Signo tamen opus non habent, cum per se constant & nota sint. ]

6. Speciale axioma est, cujus consequens (*prædicatum*) tribuitur antecedenti (*subjecto*) specialiter. ut, *Quaedam*

R

virtus

*virtus est propugnatrix justitie.* Hic consequens  
(*propugnatricem esse justitie*) tribuitur anteceden-  
cedenti (*virtuti*) at non omni, sed tantum  
cialiter uni alicui, nempe *fortitudini*.

7. Estq; vel Particulare, vel Singulare seu Proprium.

8. Particulare est, cujus consequens  
(*prædicatum*) tribuitur antecedenti (*sub-  
iecto*) particulariter.

*Particulariter attribui, est non omnibus sub anteceden-  
te comprehensis, sed aliquot tantum ejus partibus  
vel uni saltem sive definitæ, tribui. ut, Quidam ho-  
mines sunt docti. Quidam adolescentes sunt pietatis studiosi.  
Aliqui homines timent Deum. Nonnulli Poëta carmina  
sua perierunt. Hic doctrina, pietas, timor Dei, &c.  
consequens commune, & tribuuntur antecedenti-  
bus (adolecentibus) at non omnibus promissis  
sed aliquibus.*

Particulare axioma interdum signis exprimitur  
qualia sunt; *Quidam, aliquis, multi, plerique, plerumque,  
qui, ceteri: interdum, non omnis, nonnullus, pars, partem,  
&c. ut 1. Cor. 10. Omnes patres pertransire per mare  
plures eorum non placuere Deo: quidam ex ipsis fuerunt  
latræ: quidam sunt fornicati: quidam Christum cruci-  
fixerunt, &c.*

Interdum signa omittuntur, & tum dicitur axioma  
*Indefinitum, æquipollens particulari. ut, Homines sunt docti  
Christiani Turcam devicerunt. Hæc enim axioma propter  
attribuionem particularem licet signo careat, nihilominus  
tamen particularia sunt.*

[*Observa unum: Axioma particulare etiam indefinitum  
appellari sive signa apponantur, sive subintelligantur.  
Nulla enim determinat res per signa illa aliquis, quidam,  
multi, nonnulli, &c. denotatur.*]

9. Proprium sive Singulare est, cujus

consequens (*prædicatum*) commune vel proprium, tribuitur antecedenti (*subiecto*) proprio sive singulari. ut, *Plato est Philosophus.* (Hic commune consequens tribuitur antecedenti proprio.) *Christus est Messias,* (hic proprium consequens tribuitur antecedenti proprio.) *Cicero est orator. Caesar oppressit Rempubl. Abrahamus fide iustificatus est.*

[Proprium antecedens hic intelligitur de proprio nomine Grammatico, vel eo quod vicem ejus sustinet, quale est individuum, res singularis, species specialissima certo designata vel suo nomine proprio, vel descriptione certâ, vel pronomine demonstrativo. ut, *Virgilius est Poëta: Belli Trojani scriptor est Poëta. Ille qui belli Trojani historiam descripsit est Poëta.*] Ejus sunt hi CANONES.

I. Axioma proprium non recipit signa quantitatis expressa. *Ineptum enim est dicere: Omnis Cicero est Orator. Quidam Cicero est eloqueus.*

[Duo expressa, quia variatio esse potest in circumstantiis aliis, ut cum dico: *Antonius aliquando fuit sobrius.* Antonius ut plurimum non fuit sobrius, id est, *ebrius.*] Itaque

II. Cum signum universalitatis additur subiecto proprio sive singulari, nihil præter collectionem individuorum significat. ut, *Omnes Herodes fuerunt crudeles. Omnes Antiochi fuerunt persecutores populi Dei.*

[Quæ Cataphresis est signi universalis.] Hactenus de divisione axiomatum secundum affectionem Qualitatis & Quantitatis: Sequitur Divisio in species.



## CAPUT V.

*Axioma simplex.*

i. SECUNDUM species Axioma est simplex, vel compositum. Illud dicitur *categoricum*: Hoc *hypotheticum*.

[Philippo dicitur propositio categorica & hypothetica.]

2. Simplex est, quod verbi vinculo continetur. ut, *Homo est animal*. Ignoravit. *Deus creavit mundum*. *Iustus virtute praeeditus est*.

Simplex dicitur, quia simplicissima hinc duorum saltem argumentorum sit compositio sive dispositio ad unam & simplicem sententiam efficiendam.

Per *verbum* intellige non Grammaticum, sed logicum, non ore saltem prolata vocem, sed mentem etiam conceptam. *Est enim hic aliud nihil quam res a verbo significatur, & vis sive potestas verbi Symbolo indicatur.*

Verbi vinculo continetur, cujus antecedens & consequens verbi alicujus vi connectuntur.

[Aristotelicis propositio Categorica est, quae constans ex subjecto & praedicatione absolute & simpliciter aliquid affirmat vel negat. Categorica dicitur Syncretice à praedicatione, hoc enim κατηγορεῖται praedicatione subjecto.] Eius sunt hi CANONES.

I. Axioma simplex omni genere modorum grammaticè enunciari potest: in iis tamen *indicativa enuntiatio* excellit.

[Idèò Philippo Categorica propositio est unica, simplex, indicativa oratio, quae perspicua asseveratione unum quiddam affirmat vel negat. ut, *Sol est major luna*: *Luna non est major*. De orationibus verò imperativis, deprecativis, interrogativis, &c. vid. sup. c. i.]

II. In axioma simplici duo tantum argumenta, alterum in subjecto, alterum in prædicato, per vinculum verbi disponuntur. ut, *Homo est rationalis.*

III. Eadem verò non semper separatim & explicitè enunciantur, sed vinculum nonnunquam toti prædicato includitur: ut, *Petrus ambulat: Ignis urit: nonnunquam plura Syncategoremata vel subjecto, vel prædicato adijciuntur. ut, Deus pater Domini nostri Jesu Christi sit benedictus in secula. Sol qui est planetarum medius cursu & lamine suo diei effector est.*

[Hoc ut plenius declaretur distinctio propositionum respectu verbi Est qua ab Aristot. de inter. l. 2. c. 10. traditur, attendenda. 1. Propositio de E s t primo adjacentè est, in quâ verbum est apponitur prædicato propositionis; ut, *Est animal: Est Poëta.* 2. Propositio de E s t secundo adjacentè est, in quâ verbum E s t solitariè apponitur subjecto propositionis. ut, *Homo est. Homerus est, id est, existit.* 3. Propositio de E s t tertio adjacentè est, in quâ subjectum & prædicatum per verbum E s t copulantur. ut, *Homerus est Poëta. Homo est animal.* Hæc (Est tertii adjecti) annumerantur etiam illæ propositiones, in quibus verbum prædicatur de nomine. ut, *Homo currit; Socrates docet.* In quibus particulam Est implicitè contineri volunt, cum resolvi possint ita: *Homo est currens. Socrates est docens.* At non satis accuratè: Cum verbi vis, quâ actio currendi, docendi significatur (non substantivum Est) pro vinculo agnoscenda sit.]

IV. Axioma simplex affirmatur & negatur, verbo affirmato & negato (sive sit primi, sive secundi & tertii adjecti.) ut, *Est Poëta. Non est Poëta. Petrus est. Petrus non est. Lupus ululatur.*

lat. *Lupus non ululat. Fortes creantur fortibus.*  
*Fortes non creantur fortibus.*

V. Simplici axioma omnia argumen-  
 cum suis correlatis enunciari possunt: id  
 hoc modo, ut consentanea enuncientur  
 firmando, dissentanea negando. ut, in co-  
 sentaneis. *Deus fecit mundum. Homo factus est ex terra.*  
*Deus est misericors. Anima est sapiens.* In dissentanea  
*Lapis non est panis. Filius non est pater. Virtus non est  
 tium. Pauper non est dives.* In comparatis. *Deus optimus  
 est iustissimus. Hector non fuit par Achilli.* In ortis. *Deus  
 est divinus. Homo est humanus. Homo est ex humo sumptus.*  
*Homo est animal rationale.* In testimonio *Quasi si  
 ia omnis gloria hominis Esaias inquit.*

[Excipe plenas comparationes & distributiones. Illae  
 quia constant duabus partibus propositione & redditione  
 rum singula singula axiomata constituunt, simplici pro-  
 positione disponi nequeunt. De distributionibus disputantur  
 de Dounam hoc loco.]

Hæc de Simplici: sequitur Compositum.

## CAPUT VI.

I. **C**ompositum axioma est, quo  
 vinculo conjunctionis contine-  
 tur. Dicitur aliàs Hypotheticum  
 conditionale.

Compositum dicitur, quia ex duobus vel pluribus  
 simplicibus vi conjunctionis componitur, & in car-  
 cillum resolvi potest.

[Sic dictum κατ' ἐξοχήν Synecdoch. quia in  
 axiomata composita conditionale est excellentissimum & sig-  
 natissimum. Græci vocant axioma Syntheton. ut, Si Christus  
 resurrexit, & nos resurgemus. Hic duo sunt axiomata sim-  
 plicia, unum in antecedente, (Christus resurrexit) alterum

in consequente, ( nos resurgemus ) que vinculo conjunctionis Si componi ur.]

Conjunctionis vinculum hîc nō est tantum Grammatica conjunctio, sed Logica etiam, vis nimirum mentis vel sententiæ simplices sententias conjungens, sæpius etiam sine voce. Ejus sunt hi generales CANONES.

I. Axioma compositum fit è compositione argumentorum, vel in antecedente solo: ut, *Sol & homo generant hominem*: vel in consequente solo, ut, *Ignis urit & lucet*: vel utrinque, ut, *Si as habet partes duodecim, semissem sex habere necesse est*. Libav. fol. 525.

II. Vinculo conjunctionis affirmato vel negato, ipsum etiam axioma affirmatur vel negatur.

Negatum est autem, cum negatio præcedit. ut, *Si homo est lupus, homo ululat*. Non si homo est lupus, homo ululat.

III. In axiomatibus compositis etiam est necessitas & contingentia. ut, *Si Socrates est homo, est animal*. *Si est sol ortus, dies est*. (axiomata composita necessaria sunt.) *Si pallet, amat*. *Si ades adsunt, possunt etiam adesse lapides* (contingentia sunt.)

## CAPUT VII.

### Compositi Divisio, & Copulatum.

I. Axioma compositum est vel congregativum, vel segregativum.

(Divisio sumitur à natura conjunctionis, que constituit axioma compositum. Hac cum sit vel congregativa vel

*segregativa, fit ut axioma etiam juxta eandem sic demonstratur.]*

2. Congregativum est, cujus conjunctio est congregativa.

*Tales sunt si, cum, &, atq;, quae argumenta congregando jungunt.*

[*Ab aliis definitur, cujus partes tanquam simul congregantur: non quidem hoc sensu, quasi perpetuum simul vere sint, sed quoniam ab illo, qui enunciat, significatur simul vera esse.*] Ejus hic est CANON.

Congregativum enunciat omnia argumenta consentanea affirmando, dissentanea negando, quocumque modo consentiant vel dissentiant.

[*Affirmatio autem haec & negatio non est ipsius vinculi, sed partium compositi, ut, Si Petrus homo est, Leo non est. Axioma affirmatum est, quia vinculum affirmatum est: Sed dissentanea in partibus negativè sunt composita. Vno oppositorum affirmato, alterum negatur. Et tamen nihilominus hic vera est partium congregatio, consequens enim negatum cum antecedente affirmato suavitè colligetur, & cum eo ut simul verum ponitur, Buscher. libr. 4. cap. 5.]*

3. Estque vel copulatum, vel connectivum.

[*Subdivisio haec iterum conjunctionis ratione dependet: aliàs enim partes tanquam simul vera absolute sine hypothese & conditione congregantur, ut in copulato: ut, Et doctus est & diligens. Hic conjunctio ET absolute doctum & diligentem esse conjungit: aliàs verò ex conditione sive hypothese consequens ex antecedente pendet, ut in Connexo, ut, Si doctus est, etiam diligens est: hic conjunctio SI consequentem partem, diligentem esse, congregat quidem cum antecedente, doctum esse, sed tamen non nisi ex conditione hypothese.]*

4. Copulatum axioma est; cujus conjunctio est copulativa.

[Dicitur Philipp. Propositio copulativa.]

5. Conjunctiones copulativæ sunt, &, ac, etiam: item, nec, quoque, que. Item compositæ, atque, itemque, neque. ut, *Bona & mala, vita & mors, paupertas & divitiæ à Domino proficiuntur.* Virg. Æneid. I.

Una Eurusque; Notusque; ruunt creberque procellis  
Africus, & vastos jactant ad sidera fluctus.

Christus & mortuus est & resurrexit. Ejus sunt hi CA-  
NONES.

I. Axioma copulatum verum est, si omnes partes veræ & rectè copulatæ sunt: Falsum verò si vel altera saltem pars, vel utraque falsa fuerit. ut, *Deus & natura nihil faciunt temerè:* hoc verum est. *Christus ascendit in cælum, & in eam conclusus continetur, ut non possit adesse in cena.* Falsum est, quia pars consequens falsa est.

II. In copulato conjunctio sæpiùs exprimitur, nonnunquam etiam dissimulatur: ut, *caeteris agerem, raperem, tunderem, prosterne-*  
*rem.*

[Grammaticis dicitur *Asyntheton.*]

III. Ad copulatum referuntur etiam enunciata, quæ per relativas voces coniunguntur, quorum conjunctio est ipsa relatio. Quæ sunt relata qualitate, tempore, loco, quantitate.

[Intellige autem relationis vocal. No plenas illas comparationes, quarum hæ sunt notæ: talis-qualis; quemad-

modum - ita; tantus - quantus; tot - quot; cum - ubi; ubi - ibi; eò - quò, &c.

*Qualitatis.* ut, *Tale* tuum carmen nobis divine Poë-  
*Quale* sopor fessis in gramine; *Quantitatis;* *Tanto* p-  
 fimus omnium Poëta, *quanti* tu optimus omnium  
 tronus. *Temporis;* *Tum* credo, *cum* me arbustum  
 re Myconis, atque mala vites incidere falce nove-  
 Loci; *ubi* opes, *ibi* amici; *ubi* novus fructus, *ibi* no-  
 luctus; *ubi* multum crucis, *ibi* multum lucis. Bern-  
 Observa unum. Interdum addita conjunctio copula  
 non facit axioma copulatum, sed vel ad syncateg-  
 mata pertinet. ut; *Cicero vir doctus & sapiens, sed non*  
*per prudens, est eloquens.* (Hic axioma simplex est, Cicero  
 est eloquens; *Reliqua ad subjecti descriptionem pertinet*  
 vel est conjunctio declarativa. ut, *Ne decipiamur*  
*Philosophiam & omnem deceptionem.* Posterius enim  
 plicat prius.]

Sequitur axioma Connexum.

### CAPUT XIX.

I. **C**onnexum axioma est, cujus con-  
 junctio est connexiva.

2. Conjunctiones connexivæ sunt  
*si, sin, ni, nisi.* ut, *Si Abrahamus est justificatus*  
*operibus, tum habet quod gloriatur, sed non*  
*apud Deum. Si secundum carnem vixeritis*  
*moriemini. Si Deus pro nobis, quis contra*  
*nos. Nisi conversi fueritis sicut pueruli, non*  
*potestis introire regnum caelorum.*

[Dicitur aliàs propositio conditionalis sive hypo-  
 thetica à particulâ conditionali Si; quæ quia connexiva  
 connexiva conjunctio dicitur.] Ejus sunt hi CANONES

I. Conditionalis nihil ponit inesse.

II.

II. Nihil asseverat consequens propositionis, nisi ponatur conditio, quam habet pars eius antecedens.

[Ex hypothetica enim non licet inferre categoricam, hoc est, quod certis conditionibus dictum est simpliciter & absolute affirmandum non est, ut Apostolus dicit, 1. Cor. xiii. 13. Si fidem habeam, ut & montes transferam, &c. Hinc simpliciter non inferendum; Ergo fides potest montes transferre; quia Apostolus loquitur conditionaliter, & de fide miraculorum. Huc pertinet & hic Canon. Hypotheticum impossibile æquipollet simplici negato.]

III. Conditionalis *SI* non semper exprimitur, sed nonnunquam dissimulatur: ut, *Non opus est exercitio in levioribus artibus, & non opus est in difficilioribus, pro Si non opus est, &c.*

IV. Nonnunquam loco Conditionalis *SI* usurpantur notæ aliæ: quales sunt, *cum, tum, donec, siquidem, quandoquidem, quia & qui absolutivi consequentiæ dicuntur.*

[Vt. *Cum videritis ista omnia fieri, scitote tempus prope esse, Matth. 24. Donec eris felix, multos numerabis annos. Dum spectant oculi laesos, laduntur & ipsi. Carmina tantum melius cum venerit ipse canemus. Quia parvisti uxori, pro terra maledicta erit. Siquidem tu dederis pecuniam, parvus ero. Quandoquidem ille abiit, me expectare amplius non convenit. Imperante Augusto Christus natus est, pro, cum imperaret. Die illucescente veniam, pro, si vel cum dies illuxerit.]*

V. Connexum judicatur verum esse, si posito antecedente, est consequens. ut, *Si solâ fide justificamur, non justificamur operibus.* Falsum judicatur, si posito antecedente, consequens non est. ut, *Si Corpus Christi in cœnâ est, necesse est illud videri & palpari.*



[Hic antecedens verum est, consequens verò falsum. *Corpus Christi verè adest etiamsi non videatur & palpètur. Ideoq; totum connexum falsum est.*]

VI. Connexum necessarium est, si partes necessaria connexionione cohærent. ut, *Si homo est rationalis, naturâ est Dialecticus.*

[Necessarium etiam connexum est, etiamsi omnes partes vel simpliciter vel contingenter falsæ sint. *Si homo est asinus, est etiam animal quadrupes, rudens, asinidum. Hoc axioma necessarium. Consequens enim verò dependet ab antecedente, licet omnes ejus partes falsæ sint.* Falsum igitur est respectu partium: necessarium respectu connexionionis, in qua una & sola hujus axiomaticæ essentia consistit.]

VII. Connexum contingens est, cum partes non necessaria connexionione dependent. Probabiliter & contingenter, hinc fieri potest, ut antecedens esse possit, etiamsi non consequens, vel contra. ut, *Pamphile, si facis, hodie postremum me vides. Si est Romanus, est etiam Calvinista. Si Brutus reges Romanos non expulisset, liberis suis privatus non esset.*

Tantum de Congregativo: Sequitur Segregativum.

## CAPUT X.

### *Segregativum, Discretum.*

1. **S**egregativum axioma est, cuius conjunctio est segregativa.

*Segregativum* dicitur, quia partes tanquam non multas veras disjungit ac segregat: & alteram alteri esse sive competere negat.

2. Argumenta Dissentanea enunciantur

Enunciantur tantum axiomate segregativo.

[Hæc enim sola, quia non cum re consentiunt, quam arguant, ab invicem separantur.]

3. Estq; vel discretum, vel disjunctum.

[Desumpta est divisio à Topicis, in quibus est dissensio rerum & rationis, ex hæc Diversa & Opposita oriuntur. Itaq; pro ratione conjunctionis segregantis, aliàs separantur partes solâ ratione dissentientes, quod fit in Discreto; aliàs ratione & re, quod fit in axiomate Disjuncto.]

4. Discretum est, cuius coniunctio est discretiva.

[Discretiva conjunctio hæc est, quâ partes solâ ratione (non re) separantur. Ratione separantur, quæ cum non simul sint in hoc, simul tamen esse possunt in aliquo: ut quia forma & eloquentia non fuerunt in Ulyssæ, conjungi tamen potuerunt in alio, dicuntur ratione separari. A Grammaticis conjunctio Discretiva dicitur Adversativa.]

5. Coniunctiones Discretivæ sunt:

Quamquam, quamvis, etsi, licet - Tamen - at:  
 Non hoc, quidem - verum, sed, & æquipol-  
 lentes aliæ. ut, Non formosus erat Ulysses,  
 sed facundus. Quamvis ego digna sim, qua pati-  
 ar injuriam, at tu indignus qui faceres. Quan-  
 quam Petrus non est doctus, tamen est dives.  
 Non auro & argento redempti sumus, sed pretio-  
 so sanguine Christi: Noli maleficio vinci, sed be-  
 neficio vince maleficiam. Ejus sunt hi CA-  
 NONES.

I. Diversa enunciantur axiomate Discreto.

[Differunt enim hæc ratione, non re. vid. sup. l. I. c. 14.]

II. Notæ

II. Notæ Discretorum interdum illi inulantur, & vel antecedentium ( *quunque* *etsi, licet,* ) vel consequentium ( *tamen, sed* ) aliqua omittitur, ut: *Nervus est corporis macula. Illi tamen hoc lumē videbatur.* pro, *Quunque nervus est macula. Etsi non optimam, at aliquam Rempublicam haberemus.*

[ At ponitur pro tamen, vel attamen. ]

III. Axioma Discretum verum est & legitimum, si partes non solum veræ, sed discretæ sunt. Falsum est, vel ex una parte falsum. Ridiculum, si partibus discretis non constet.

[ *Vt. Ququam Petrus non est doctus, tamen dives: hoc legitimum est: Quamvis Petrus est homo, tamen non est animal: falsum est, quia consequens falsum. Ququam Petrus est doctus, tamen est homo: ridiculum est: Licet enim singulæ partes sint veræ, tamen sunt discretæ, sed consentaneæ: Homo & doctrina consentiunt.* ]

Restat Disjunctum.

## CAPUT XI.

I. Disjunctum axioma est, cujus conjunctio est disjunctiva.

2. Conjunctiones disiunctivæ sunt *Aut, an, ve, sive, vel, secus.* Aut *fidei* *aut fidamur,* aut *operibus.* Aut *Deo serviamus* aut *Mammone.* *Animale est* aut *bestia,* aut *homo.* Aut *dies est,* aut *nox est.*

Ejus sunt hi CANONES.

I. Opposita enunciantur axioma Disjunctum

juncto : ut, *Conjux est maritus, aut uxor. Aut bonus est, aut malus. Omnia sunt aut non sunt. Aut videt, aut cæcus est.*

II. In Disjuncto una tantum pars vera esse potest, non plures, ut, *Petrus aut est in Asia, aut in Africa, aut Europa. Aut fide justificamur aut operibus.* Hic unum tantum verum est, reliqua falsa.

[Ratio dependet ex Oppositorum regulâ. Oppositorum affirmato uno, negatur alterum.] Itaq;

III. Disiunctum, cuius nulla pars vera est, falsum est. ut, *Fractio panis aut per se est pia, aut impia.* (Datur enim tertium, quod sit media, indifferens, & adiaphora) vicissim : Disiunctum, cuius omnes partes veræ sunt, falsum est : ut, *Christus aut Deus est, aut homo* (utrumque verum est, est enim & Deus & homo.)

[Ratio : quia in disjuncto tria requiruntur, 1. ut, Partes omnes inter se dissentiant : 2. ut una pars cum Subjuncto consentiat : 3. ut reliqua à subjecto dissentiat. Fonseca. L. 1. c. 17.]

IV. Disiunctum nunquam extrui debet ex his, quæ sunt necessariò connexa : ut, *Socrates aut est homo, aut rationis particeps.*

V. Disiunctum verum est, si partes dissentaneas disjunctè enunciat : Falsum, quod consentanea simpliciter & absolutè disjungit. ut, *Abolon aut bonus est, aut malus.* (disiunctum verum est) *Salomon aut sapiens est, aut doctus.* (disiunctum falsum est, quia sapientem & doctum esse sunt adiuncta communia, quæ eidem subjecto simul inesse possunt.

VI. Absolutè consentanea, itemq; affirmaciones cum propriis subiectis enunciatur etiam disiunctivè: Ita tamen, ut alterum quando enunciatur, ut, *Aut dies est, aut sol non est. Aut videt, aut homo non est.*

[Intellige hoc de legitimis & absolutis, non de ruitis & ineptis disiunctionibus, quales sunt: *Aut homo est, aut avis: aut asinus est, aut lapis: aut stella est, aut canis.* Hic neutra pars potest esse vera. Inepta igitur est disiunctio.]

VII. Disiunctum necessarium est, cuius partes omnes necessariò per opposita immediata disiunguntur, non verò in necessaria partium veritate, ut. *Animal aut est homo, aut est bestia. Omnis enunciatio aut est vera, aut est falsa. Aut pax est, aut bellum. Homo aut est doctus, aut non est doctus, non sanus.*

[Disiuncta hæc sunt necessaria, tria quidem priora constant ex adversis immediatis: posteriora verò non sunt necessaria partium veritate, sed tantum è necessaria disiunctione, cum nec altera disiuncti pars, homo est doctus, sanus, sit necessaria; nec hæc, homo non est doctus, non sanus, sed contingens.]

VIII. Disiunctum contingens est, cuius partes contingenter per opposita immediata disiunguntur, ideoq; vel utrumque vel neutrum esse potest. ut, *Vestis aut est alba aut nigra. Homo doctus est aut probus. Aut potiar amore aut non potiar.*

[Contingentia hæc sunt disiuncta, quia in 1. disponentur adversa mediata. in 2. adiuuncta communia. in 3. disponentur quòd Aristotelici tradunt plures axiomatum divisiones. Propositio alia est finita, quæ ex nominibus & verbis

finitis constat, ut, *homo est justus*: alia infinita, quæ ex  
 nominibus aut verbis infinitis constat, ut *non homo, est*  
*non justus*. 2. Alia est simpliciter una, in qua simplici-  
 ter affirmatur vel negatur aliquid per verbum *Est*,  
 ut, *homo, homo non est*: alia una  $\sigma\upsilon\upsilon\delta\epsilon\sigma\mu\omega$  sive conjun-  
 ctione in quâ verbum *Est* subjectum cum prædica-  
 to conjungit, ut, *homo est albus, homo non est albus*. Alia  
 $\alpha\sigma\upsilon\upsilon\delta\epsilon\sigma\mu\omega$ , quæ ex pluribus propositionibus est coa-  
 cervata, eaque constituitur. 1. Si unum prædicatum  
 de pluribus dicatur subjectis: ut, *Avari, scortatores, fu-*  
*ra, non possidebunt regnum Dei*. 2. Si plura prædicata  
 dicantur de uno subjecto. ut, *Omnes credentes in Chri-*  
*stum sunt à peccatis abluti, sanctificati, justificati*. 3. Si de  
 pluribus subjectis plura enunciuntur prædicata, ut,  
*Quicumq; credunt in Christum, & in eum baptisati sunt, atq;*  
*in fide perseverant, illi sunt veri Christiani, filii Dei, salutis*  
*et vite aeternæ participes*. 3. Alia est apodictica seu de-  
 monstrativa, quæ absolute, & ex necessitate vera. *Quæ*  
*eadem est cum necessariâ*. Alia Dialectica, quæ non sim-  
 pliciter, sed consensu respondentis habetur pro verâ.  
 4. Alia est de tempore præsentis & præteriti, quæ ali-  
 quid esse aut fuisse respectu temporis enunciat, ut,  
*hæc ipsa hora docetur in Schola*. Præterito anno exigua fuit  
 epidemia. Alia de tempore futuro, quæ aliquid futu-  
 rum enunciat. ut, *Cras pluet. Petrus morietur in Italia*.  
 Quæ tamen vel ad eam exacta non sunt, vel reliquis accommo-  
 dari queunt. ]  
 Hactenus de axiomatis distributione, sequuntur  
 ejusdem Affectiones.

## CAPUT XII.

1. Affectio axiomatis est unius cum altero collatio.
2. Collatio ea vel respicit consensum, cujus ratione axiomata consensuunt:

S

tiunt:

tiunt : vel dissensum ; cuius ratione  
dissentiunt.

3. Consensum respicit *Æquipollentia* & *Conversio*.

4. *Æquipollentia* est axiomatum  
verbis discrepantium in sensu con-  
nientia. *Græcè dicitur ἰσοδυναμία.*

[ *Signa æquipollentia axiomatum comprehenduntur  
versiculis :*

Non omnis, quidam : non omnis non, quasi nullus

Nonnullus, quidam : sed nullus non, valet omnis

Non aliquis, nullus : non quidam non, valet omnis

Non alter, neuter : neuter non, præstat uterque

ut *Axioma*, Non omnis homo est electus, *æquipollentia*  
huic, seu idem significat quod hoc, Quidam homo non est

electus : Nonnulli homines sunt docti ; & ; Quidam

sunt docti. Nullus non homo est peccator ; & ; Omnis

homo peccator est : Non aliquis homo est lapis

Nullus homo est lapis. ]

Ejus sunt hi *CANONES*.

I. Diversitas verborum non tollit *æquipollentiam* sensus.

[ *Putat cum res verbis significata ex sensu & intentione dicentis sunt eadem. Æquipollent ergo. Panis est corpus Christi ; & ; Panis est communicatio corporis Christi qua exegetica est Pauli, 1. Cor. 10. ]*

II. Dux negationes *æquipollent* affirmativæ : ut, homo non potest non mori : *æquipollent* huic : Homo necessario moritur.

III. Universalis limitatione restricta *æquipollent* particulari. ut, Omnes homines peccant, credunt salvantur, *æquipollent* huic : Quidam homines peccant, credunt salvantur.

IV. Exclufivæ ( *tantum, solum* ) æquipollent univerfali. ut: *Tantum octo homines fuerunt in arcâ Noah, id est, Omnes homines in ea fuerunt numero octo.*

[Sed attende hoc non esse univerfale. ut, inter animalia tantum homines sunt literati: Si immutes, omnes homines esse literatos, falsum est. Solum fides iustificat, Si immutes; Omnis fides iustificat, falsum est.]

V. Affirmatio privationis & negatio habitus in subjecto habili æquipollent. Est injustus: *Non est justus: Mopsus est indoctus, Mopsus non est doctus.*

[Dico in subjecto habili. Non enim valet: Infans non est justus. Ergo est injustus: Lapis non videt. Ergo est cæcus. Subjectum enim non est habile.]

VI. Attributio finita, & negatio infinita æquipollent. ut: *David est iustus: David non est non iustus. Virgilius est Poeta. Virgilius non est non. Poeta.*

VII. Indefinitæ propositiones in materiâ necessariâ æquipollent univerfalibus: in contingenti verò particularibus. ut, *Homo est animal irrationale. Homines sunt docti. Quidam homines sunt docti.*

VIII. Propositiones de possibili & impossibili æquipollent *ἐναντίως ἀντισημειώτως.* Impossibile est esse. *Neceffe est non esse. Impossibile est non esse. Neceffe est esse.*

IX. Hypotheticum sive connexum Impossibile æquipollent simplici negato. ut, *Si ahiops mutabit colorem & Pardalys maculas, damna-*



damnati pœnitentiam agent; & Damnati non  
gent pœnitentiam.

Hæc de æquipollentia: sequitur Conversio Ax-  
matum.

## CAPUT XIII.

I. **C**ONVERSIO est mutua terminorum  
in axiome transpositio, quæ  
subjecto ( *antecedente* ) fit prædicatum  
( *consequens* ) & ex prædicato ( *consequen-*  
*te* ) subjectum ( *antecedens* , ) salvâ axi-  
omatis veritate.

Aristoteli dicitur ἀντιστροφή. ut, Homo est  
animal rationale: Animal rationale est homo.

[ Nota. Propositio ante conversionem vocatur à  
convertenda: postquam autem conversa est, dicitur  
vertens vel etiam Conversa. ]

2. Ejusmodi sunt tres: 1. Conversio  
simplex, ἀπλή ἀντιστροφή. 2. per accidens  
κατὰ μέρος. 3. per contrapositionem  
κατ' ἀντίθεσιν.

3. Simplex est, qua, manente qualitate & quantitate eadem, universalem affirmatum reciprocum & negatum itemq; particulare affirmatum convertitur. ut, *Omne bonum justum. Omne justum bonum. Omnis homo est risibilis. Omne risibile est homo* ( est conversio axiome universalem affirm. recip. ) *Nullus avarus est iustus. Nullus iustus est avarus* ( universalem negat. ) *Quidam*

canis est niger. Quoddam nigrum est canis. (part. affirm.)

[Hæc conversio etiam locum habet in propriis, Catholicis, reciprocis, correspondentibus, ut, *Christus non est Iohannes. Iohannes non est Christus.*]

4. Conversio per accidens est, qua manente qualitate eadem convertitur universale in particulare. ut, *Omnis prodigus est iniustus: Quidam iniustus est prodigus. Omne argentum vilius est auro. Quoddam vilius auro est argentum. Omne animal vivit: Quoddam vivens est animal.*

5. Conversio per cōtrapositionem est, qua manente quantitate eadem affirmatum convertitur in negatum. ut, *Omnis virtus est pulchrum. Quod non pulchrum non est virtus. Omnis Leo est animal. Quicquid non est animal non est Leo. Quidam odor est gratum. Quoddam gratum non est odor.*

[Vus conversionis permagnus est. 1. illustrat affectiones argumentorum & partium axiomatis inter se. 2. in primis facit ad syllogismorum reductionem, itemq; illationes & consequentias in connexis & enthymematibus. 3. juvat quæstionem alicujus probationem, quandoquidem interdum fit, ut probatio conversa sit facilior convertende. Veteres conversiones tres species hoc disticho efferre voluerunt:

Feci simpliciter convertitur: E v A. per acci:

Asto per contra: sic fit conversio tota.

Vbi in tribus istis vocibus Feci, Eva, Asto, A. significat univers. affirmatam. E. univers. negantem: I. particularem affirmatam: O. particular. negat.] Ejus sunt hi generales CANONES.

I. In conversione propositionum eadem quali-

qualitas maneat in conversa propositione quæ fuit in convertendâ, ut. *Si convertenda sit affirmativa vel negativa, etiam conversa sit affirmativa vel negativa.*

II. Eadem sit utriusque conditio, quomodo modum habet vel non habet, hoc est, Propositio simplex convertatur in simplicem: Modalis in modalem: Necessaria in necessaria &c. *Plan. part. 2. p. 23.*

III. Totum subjectum convertendæ prædicatum convertentis, non mutilatum, & que truncatum.

IV. Casus obliqui inter convertendos rectificentur. ut, *aliqua arbor est in agro:* convertitur sic. *E. aliquis ager est in arbore:* ita: *Ergo aliquid existens in agro est arbor.*

V. Tempus præteritum aut futurum in exigente rectificetur per præsens. ut, *Senex fuit puer:* non convertitur per hanc. *Quidam puer fuit senex:* Sed *quidam qui fuit puer est senex.*

Sic fuit Axiomatis collatio in consensu, restat quæ est in dissensu, & dicitur *Oppositio.*

#### CAPUT XIV.

I. **O**ppositio axiomatum est, cum eodem axioma vinculum affirmatur & negatur. *Græcè αὐτὸς δicitur*

[*Vinculum, quomodo negetur & affirmetur, vid. cap. can. 3. & 4. Simplex, proprium, & indefinitum, negatur negato verbo, & vinculo, ut, Fortes creantur firmi & bonis. Bonus non est malus, Nullus bonus est malus. Ut*

veritate  
Nullus cre  
Copular  
nexum, a  
tiva. Dis  
particular  
de contra

Idem  
tes, eade  
termina

us. Res  
Homo n

[Dicit  
propositi  
nem Topi

Topica c  
homo: U

qua non s  
garde cer  
ur, Hom

stia, neg  
2. Topi  
ut maxim

mo non est  
bestia A  
affirmato  
CANON

I. C  
1. idem  
guitate  
dem sub

rum.)  
[Cano  
Oppositio  
Huc

recl

versale & particulare negatis signis: *Omnis credit, Nullus credit. Quidam sunt docti. Quidam non sunt docti;* Copularum negatâ conjunctione copulativâ: *Connexum, negatâ connexivâ. Discretum, negatâ discretivâ. Disjunctum, negata disjunctiva, præponendo scilicet particulam negandi NON, &c. exempla habes can. 3. de contradictio. ]*

*Idem axioma dicitur, cujus eadem sunt partes, eadem argumenta, eadem (non equivoca) terminorum significatio. ut, Petrus est eruditus. Petrus non est eruditus. Homo est rationalis. Homo non est rationalis.*

[Dicitur Ramais contradictio. Aristotelicis oppositio propositionum. Differentia interim inter contradictio- nem Topicam & Criticam sive axiomaticam attendenda. Topica contradicentia negant ubique. ut, *Homo-non homo: Illud affirmat, hoc negat ubique, hoc est, omnia illa qua non sunt homo. Contradictio verò axiomatica negat de certo aliquo subjecto, quod affirmatum erat. ut, Homo est bestia: homo non est bestia. Hic NON bestia, negatur tantum de homine, de quo illic affirmabatur.* 2. Topica argumentorum contradictio esse potest, ut maximè non sit axiomatica. ut, *Homo est bestia: Homo non est bestia. Hic Topica est Contradictio, bestia-non bestia axiomatica verò non est. Vtrumq; enim affirmat, affirmatio utrobique vinculo.]* Ejus sunt hi generales CANONES.

I. Omnis oppositio axiomaticum habeat, 1. idem subjectum & prædicatum sine ambiguitate intellectum. 2. secundum idem (eandem subjecti partem) 3. ad idem (eundem respectum) & 4. eodem tempore.

[Canonis hujus explicationem cum exemplis, vide l. i. de Oppositis, c. 15 can. 1.]

*Huc pertinet & hac regula: In omni oppositio-*

positione una duntaxat propositio uni opponitur: *Arist. c. 7. 8. de interp.*

II. Axiomata opposita nunquam posse esse simul vera.

[*Vide lib. I. c. 15. can. gener. 2.*]

III. Judicium contradictionum criticum illustrat veritatem & falsitatem.

[*Contraria enim juxta se posita magis elucescunt. Licet enim judicium de vero & falso ex argumentorum contradictione inter se dependeat, contradictione tamen illustratur. Homo est rationalis. Hoc per se verum est, quia ratio homini inest formaliter. Homo non est rationalis: est falsum. Hoc etiam alterius absurditas magis manifestatur.*]

2. Oppositio est vel contraria, vel contradictoria.

[*Aristotelici addunt & 3. nempe oppositionem contrariam, quæ est duarum particularium qualitatum pugnantium, hoc est, quarum altera est affirmativa, altera negativa. ut, Quidam adolescentes sunt diligentes, quidam non sunt diligentes. At vera hæc oppositio non est, quia diversum subjectum est. Ideoque nec absolute verum, nec falso dividunt, & in materia contingenti simul vera esse possunt.*]

3. Contraria est, quæ universali affirmativo opponitur universale negatum & contra. ut, *Omnis homo est doctus: Nullus homo est doctus. Omnes credentes sunt filii Dei. Nulli credentes sunt filii Dei.* (Hic universali affirmativo opponitur universale negatum.) *Nullus deus introibit in regnum cælorum. Omnis deus introibit in regnum cælorum.* (Hic universali negativo opponitur universale affirmativum.) *Aristoteli dicuntur ἐναντίως, ἑναντίως, contrarietas; ἐναντία, contraria sunt.*

Ejus sunt hi CANONES.

I. Propositiones contrariæ verum & falsum non semper nec necessariò dividunt.

[Verum & falsum dividere, est, alteram partem esse veram, alteram falsam.] Itaque

II. In materiâ necessariâ altera vera, altera falsa est, ut, *Omnis homo est animal. Nullus homo est animal.*

In materia verò contingenti simul falsæ nunquam simul veræ esse possunt, ut, *Omnis homo credit. Nullus homo credit. Omnia poma flava sunt: Nulla poma flava sunt.* Similiter in materia impossibili, ut, *Omne animal est rationale. Nullum animal est rationale.*

4. Contradictoria oppositio est, quâ opponitur 1. universali affirmato particulare negatum, ut, *Nullus homo est pius. Quidam homo est pius.* 2. aut universali negato particulare affirmatum, ut, *Omnis homo est pius. Quidam homo non est pius.* 3. aut singulari (proprio) affirmato singulare negatum, ut, *Petrus est pius. Petrus non est pius.*

Aristoteli dicitur ἀντίφασις. Ἐν ἀφαιρέσει Contradicentia.

Ejus sunt hi CANONES,

I. Contradictoriæ in omni materia ex necessitate dividunt verum & falsum. Itaque

II. Impossibile est duas Contradictorias esse simul veras, aut simul falsas. *Aristot. de interpret. c. 7.*


III. Oppositio Compositi axiomatis sem-

per est Contradictoria: dividit enim semper verum à falso. ut, *Christus & mortuus est & resurrexit. Christus non & mortuus est & resurrexit. Si Christus ascendit ad cœlos, abest suo corpore à cœna. Non si Christus ascendit ad cœlum abest suo corpore à cœnâ. Quamquam Petrus est doctus; tamen non est dives. Non quamquam Petrus est doctus, tamen non est dives. Aut bona artes discenda sunt, aut res ludicre sectanda. Non aut bona artes discenda, aut res ludicre sectanda.*

[ *Ad Equipollentiam Conversionem & Oppositionem addunt Aristotelici affectiones duas alias. Quarum I. Consecutio anglicè dicitur, quæ est consensio in enunciando vero & falso duarum propositionum, quarum una ad alteram consequitur. ut, cum dico. Homo est justus: homo non est justus. Ha duæ propositiones simul sunt, licet una sit affirmans, altera negans, & hæc ad alteram consequitur, tanquam consequens ad antecedens. II. Compositio & Divisio, quæ nil aliud est, quam processus divisus ad composita, & vicissim à compositis ad divisa. Processus à divisis ad conjuncta fit duobus modis. 1. cum duo vel plura predicata de subiecto enunciantur synonymicè: tamen & separatim & compositè verè predicantur: sic de homine separatim verè dicitur quòd sit animal & quòd sit Rationalis: & compositè verè de eodem dicitur quòd sit animal rationale. 2. cum alterum predicatorum est synonymum, alterum paronymum, & iis una efficitur propositio. ut, ea quæ separatim de subiecto predicari possunt, eodem quoque de eadem predicari possunt conjunctim. Sic de Socrate verè dicitur separatim; quòd sit homo, & quòd sit animal; utrumque etiam conjunctim potest enunciari, quòd sit homo animalis. Vicissim à conjunctis ad divisa, si in predicato non continetur contradictio in adjecto, quod vulgò dicitur*

EST tertii adjecti ad EST secundi adjecti, ut, Socrates est doctus. Ergo Socrates est. Verum in his & aliis, qua ad aequipollentiam, conversionem & oppositionem propositionum spectant, quia sunt intricatiora, adeoque subtilioris indaginis, quam necessaria utilitatis, remittimus Aristotelica utilitatis sectatores ad Magistrum Aristotelem lib. de interpret. Keckerman. System. lib. 2. Hauber. Erotem Dial. lib. 2. è quibus hæc pro captu nostratum desumptus.]


Hucusque de Judicio Axiomatico, sequitur Dianoëticum.



Tabel-



Tabella Doctrinae Syllogisticae.  
In Syllogismo consideranda.



CAPUT

## CAPUT XV.

*Syllogismi definitio, & partes.*

1. **J**udicium Dianoëticum est legitima variorum axiomatum ex se deductorum dispositio ac dijudicatio.

[Differt à **J**udicio Axiomatico: *In axiomatico res sepe clara & manifesta enunciantur, vel argumentum de argumento enunciat: In Dianoëtico verò res dubia distillantur, variæq; axiomata homogenea certa lege deducuntur.*]

2. Estq; vel Syllogisticum, quo Syllogismus; vel Methodicum, quo Methodus dijudicantur.

3. Syllogismus est dianoia, quâ quæstio cum argumento (*tertio*) ita disponitur, ut posito antecedente necessario concludatur.

[Dicitur Syllogismus vel à συλλογίζεσθαι ab Arithmeticis calculatoribus deducto vocabulo, qui numerum addendo vel subtrahendo dicuntur συλλογίζεσθαι, ratiocinari, unde συλλογισμὸς ratiocinatio: vel à σύν & λογισμὸς, qui est discursus & commentatio mentis, non externa oratio, vel à συλλογῆ τῆς λόγου rationis collectione, quia legitime Ratio in Syllogismo colligitur. Atq; sic syllogismus, argumentatio & ratiocinatio Synonyma fuerint. Rameis Genesius est dianoia, quæ est mentis agitatio, commentatio, discursus, seu rationis energia, operatio, movens se ab uno ad aliud, alterum ex altero deducendo. Quæ enim declarat motus tractum & transmissionem ipsius]

vñ. Aristotelicis verò genus est λόγος, quo notatur exterior sermo siue oratio, sed ratio siue mentis cursus, ideoq; syllogismo uterq; tum mentis tum vocis accommodari potest.

Forma consistit in legitima argumenti cum questione dispositione, ut antecedente posito necessario concludatur. Quæstio est thema, de quo differunt: est axioma dubium, de cuius veritate quæritur, an verum, an falsum. Dicitur aliàs ἐρώτημα, ἐρώτησις, ἀεὶ βλημα, ἀεὶ γμα τὸ ἐξ ἀρχῆς. Interrogatio, propositum, problema, res, quod erat ex principio. Quæ differunt non re, sed λόγῳ, tantum ἁπλοῦς ἤξει. Propositio dicitur quatenus affirmatur vel negatur aliquod de aliquo. Problema, interrogatio & quæstio dicitur, quatenus id quod enunciatur in propositione controversia ponitur, dum inquiritur an sit, nec ne. Vt si dicitur Omnis homo est substantia. Propositio dicitur. Si quæram. Estne omnis homo substantia? tum Quæ interrogatio problema appellatur. Vbi nota Syllogismi tantam esse in contingentibus & dubiis. Nam quæ manifesta, clara & perspicua sunt, ad ea non requiritur iudicium syllogisticum, sed noëticum siue axiomaticum. Quæstio autem dubia est, vel in se simpliciter respectu materiam existentis, vel respectu persona dubitantis. Vel, si maioris dubia est, vel verè, vel fictione, vel ex hypothesi & concessione.

Argumentum hic nihil aliud est, quam dubia quæstionis probatio, è quo iudicium sumitur, verane an falsa sit enunciatio. Dicitur aliàs argumentum TERTIUM. Quia in omni quæstione duo sunt argumenta: utrum in antecedente alterum in consequente: ad quorum dispositionem probatio vel refutatio tertium hoc argumentum assumitur. Aristotelicis verò est medius terminus. De varia autem argumenti acceptione vide supra lib. 1. cap. 2. postquam definit.

Argumentum verò & argumentatio ita differunt. Argumentum est materia argumentationis ex qua fit: Argumentatio verò est forma in materia. Argumentum est pars

Argum  
gumen  
disposit  
ment ar

Ant

go dicitur

nor.)

est, ut P

rate Sy

gifican

tua. N

sario com

positione

axiom a

rials si

cus dicit

necessari

riam, &

rum Syll

malis,

Syllogiz

tiatur n

in definiti

gno. F

Etata.

Declara

Anzira

prion de

quo affir

cur hoc

argomen

ma 2

dispositio

elimina

ergo aut

anima e

4.

Parte

Argumentatio est totum. Argumentum est medium: Argumentatio verò est trium argumentorum seu terminorum dispositio. Argumentum Etymologia Grammatica: Argumentatio verò Syntaxeos constructioni respondet.

Antecedens est nihil aliud quàm dua Præmissa, qua vulgo dicuntur propositio (major) & assumptio (propositio minor.) Hoc igitur posito necessario concluditur, hoc est, necesse est, ut Philipp. inquit, conclusionem sequi, idq; necessitate Syllogistica: Vbi observabis. Necessitatem Syllogisticam esse duplicem, aliam esse materiæ, aliam formæ. Necessitas materiæ est, qua vi solius materiæ necessario concluditur. Vi solius materiæ concluditur, quando propositiones sive termini necessario coherent (de his vide in axioma necessario.) Dicitur aliàs necessitas materialis sive consequentis: Ita Syllogismus demonstrativus dicitur necessarius, quia in illo omnes propositiones sunt necessariae. Necessitas formæ est, qua non propter materiæ, & propositiones, sed vi solius dispositionis argumentorum Syllogisticè concluditur. Dicitur aliàs necessitas formalis, necessitas consequentiæ, & ex hypothesis sic Syllogismus Topicus qui constat materia tantum probabiliter dicitur necessarius. Atqui hæc necessitas formalis à Ramo in definitione Syllogismi per vocabulum necessario intelligitur. Fieri enim non potest, si præmissa rectè sint disposita & data, quin hoc ipsum quod in conclusione est, consequatur. Declarabimus quæ dicta sunt exemplo. *Questio sit;* Anima sit immortalis. Ad questionem hanc dubiam præmissam adduco argumentum tertium sive probationem, quæ affirmativam demonstro; Quia est imago Dei. Dico hoc argumentum tertium, respectu reliquorum duorum argumentorum in questione propositorum, quæ sunt. 1. anima. 2. immortalis. Hoc argumento tertio cum questione disposito conficitur Antecedens; 1. Propositio; Imago Dei est immortalis. 2. Assumptio; Anima est imago Dei. Ex antecedente posito: Necessario inde concluditur; Ergo anima est immortalis ]

4. In Syllogismo consideranda 1. Partes: 2. Divisio. 5. Par-

5. Partes Syllogismi essentialis duae sunt, Materia & Forma.

6. Materia est, ex qua Syllogismus constituitur.

7. Estque vel remota, vel propria qua.

8. Remota est, ex qua propositiones conficiuntur. ut, *questio & argumentum tertium: Metaphoricè vulgò tres Termini dicti, Major, Minor, Medius.*

9. Quaestio constat terminis duobus Majori & Minori: Argumentum verò tertium est Medius.

10. Major terminus est praedicatum (*consequens*) quaestionis dubiae: & proponitur cum medio sive argumento tertio in propositione.

[Major dictus, quia si non plura comprehendit, quod conclusionis subiectum, ab illius saltem universitate non deficit, Mocen. contempl. 2. part. 3. c. 1.]

11. Minor terminus est subiectum (*antecedens*) quaestionis, & disponitur cum medio sive argumento tertio in assumptione.

[Minor dictus, quia ipsi essentialiter convenit à praedicati universitate deficere posse: eam verò nunquam excedere. Monc. all. loc.]

12. Medius terminus est quaestio dubiae extrinsecus assumpta probatio

quâ mediante Major & Minor disponuntur.

Itaq;

Bis ponitur ante conclusionem: semel in propositione junctus Majori: & semel in assumptione junctus Minori.

[Medius dicitur 1. Ratione dispositionis, quia intra duos extremos (Majorum & Minorem) medius ponitur. 2. Ratione officii, quia causa est cur majus extremum jungatur minori, adeoque honorarius arbiter ac sequester, cur major de minori affirmetur aut negetur. Dicitur extrinsecus assumptus, quia in questione duo sunt argumenta, ad quæ arguenda assumitur è locis inventionis argumentum tertium, sive medium terminus.]

Exempli gratia. *Questio est: an avarus sit dives: Negatur argumento tercio: quia Eget. Prædicatum sive consequens est dives: Est igitur major terminus: dispone hunc cum argumento tercio, Eget; & habebis propositionem: Qui-cumq; eget, non est dives. Subjectum questionis est avarus: Minor igitur terminus erit; Dispone cum argumento tercio, & habebis assumptionem; Avarus eget. Quia tunc egi bis ponitur, semel cum Majori in propositione, semel cum Minori in assumptione, adeoque causa est cur Major (disponendo) negetur de minori (avarus) Medius terminus est; Cuius prædicatio conclusio inferitur. Ergo avarus non est dives. Sic etiam & hac exempla; Corvus non est lepus. Quia non est quadrupes. Plato est homo. Quia est rationale prædicatum. Mortui resurgent. Quia Christus prædixit. Christus est Messias. Quia opera Messia efficit, &c.*

[Observabis 1. Sicut major terminus est prædicatum Minor subjectum questionis: Ita vicissim Major fit prædicatum, Minor subjectam conclusionis. Quia conclusio & questionis non differunt realiter, ut dicitur infra. Observabis 2. Quæ de dispositione terminorum hic dicuntur locum tantum habere in Syllogismo simplici, ejusdemq; Figuris tribus: Non verò in composito. Ibi enim tota questio cum argumentis tercio in propositione disponitur. Vt, si Dei sunt, divinitas

T

est. At

est. At Dii sunt. E. divinatio est. Ubi quæstio est  
 sit divinatio: Aff. argumento tertio. Quia Dii sunt.  
 Quia quæstio tota cum argumento tertio in propositione  
 nitur.]

13. Materia propinqua est, ex  
 ultimo Syllogismus constituitur.

[Dicitur materia propinqua, respectu remota, qua  
 argumentationem constituit primo: Et ob id remotam  
 tur: quia antecedens & consequens è terminis constituitur.  
 Composita autem simplicibus sunt posteriora.]

14. Estq; antecedens & consequens

[Antecedens & consequens non eodem modo  
 fiderantur in axioma & Syllogismo. In axioma  
 tantum sunt nudi termini, vel notiones simplices. ut,  
 est justus: Hic subjectum, Deus, est antecedens, præ  
 tum, justus, est consequens. In Syllogismo verò sunt  
 gra enunciationes: pars enim antecedens in Syllogismo  
 tinet enunciationes duas: propositionem scilicet & præ  
 prionem. Consequens verò continet integram conclusionem.]

15. Antecedens est, quæ adhibetur  
 ad quæstionem arguendam.

16. Ejus partes sunt duæ: Propositio  
 & Assumptio. Vulgò dictæ Præmissæ  
 quia conclusioni præmittuntur.

[Hic ergo nota Antecedens, propositionem &  
 sumptionem, itemq; præmissas esse Synonyma.  
 etiam vocantur, Sumptiones, Propositiones, Major  
 Minor: quoniam ante conclusionem sumuntur & ponuntur.]

17. Propositio est prior pars ant  
 cedentis, quâ argumentum (tertium  
 vel cum consequente quæstionis par  
 tantum, vel cum tota quæstione disp  
 nitur.

[Vocabulum propositionis est polysimon. 1. accipitur pro altera comparationis parte, quæ dicitur protasis, & sic est terminus simplex. 2. pro axioma & enunciato. 3. In Rhetoricis pro themate. 4. Pro questione Syllogismi dubiæ. 5. de Antecedente Syllogismi parte, majori scilicet & minori propositione, quæ recte dicuntur protaseis à προτεινεν, quod instar scuti cujusdam conclusioni objiciantur. Denique 6. pro prima tantum Antecedentis parte in Syllogismo, cujus pars secunda dicitur non propositio, sed assumptio. Appellatur autem aliàs propositio Major; Major præmissa, quia constat termino majori. Vbi observa 1. Crypticam esse locutionem si quando in Scholis dicunt, proberur Major, proberur Minor; Subintelligendum enim; Propositio. Observa 2. Non esse hanc definitionem propositionis accuratam, sed qualemcumq; descriptionem, quæ tam competat propositioni Syllogismi compositi, in qua tota questio cum argumento disponitur; quàm simplicis, in qua aliqua saltem pars questionis cum argumento disponitur.]

18. Assumptio est posterior antecedentis pars, quæ è propositione conficitur. Dicitur Græcè προσημειωσις, item μεταποσθεσις transsumptio; assumptum; subsumptum; sumptum minus; propositio minor: quia minori termino constat. Item Minor præmissa.

19. Consequens est, quæ sub se partes questionis complectitur, eamq; per legitimam consequentiam concludit: unde & Conclusio dicitur.

[Conclusio consideratur dupliciter. I. Ante dispositionem medii, & tum vocatur 1. Questio. 2. problema. 3. status. 4. intentio. 5. thema. II. Intra vel post dispositionem Syllogismi, & tum appellatur 1. Consequens Syllogismi, quia ex præmissis consequitur. 2. Complexio,



plexio, quia partes questionis complectitur. 3. Conclusio, quia questionem vi dispositionis & consequentia concludit. 4. Illatio, Ἰπὸθεσις, quia inferitur ex premissis. 5. συμπέρασμα collectio sive terminus, quia conclusio est diantia. 6. συναγωγή, quia ex antecedentibus colligitur. Vbi observabis. Questionem & conclusionem differre 1. non re, sed ratione, 2. voculis, Ἄλλο ἔστιν ἔργον. *Questio illata sive Syllogisticè conclusa dicitur. Conclusio, antequam verò inferatur & colligatur, dicitur. Questio. Mutata igitur particulam interrogativam An interrogativam Ergo, Igitur, vel similem, & habebis conclusionem. Exempli gratia. Questio est. An homo sit animal. Conclusio, quia vivit & sentit. Syllogisticè hæc ut a disputatione colligitur. Quicquid vivit & sentit, est animal. Homo vivit & sentit. Ergo homo est animal. Vbi in conclusione eadem questio mutata saltem particula An inferatur recurrit. Vbi verò thema absq; particula interrogativa proponitur, adde themati in illatione Ergo, & conclusionem habebis.]*

Hæc de materia Syllogismi, superest forma.

20. Forma Syllogismi est legitima dispositio materiæ seu questionis cum argumentis, ut tertio juxta leges Syllogisticas dispositio, ut necessariâ consequentia conclusio inferatur.

*Exempli gratia; Thema sit; Estu é Cometa. Negatur argumento tertio ab adjuncto. Quia est caducus. Hic rudem habes Syllogismi materiam; Hujus legitimum ordinem Syllogisticum reductio dicitur Forma. ut, Si non est caducus. Cometa est caducus. Ergo Cometa non est stella.*

21. Formam consequitur Bona dispositio, quæ est virtus ex legitima dispositio Syllogismi dispositione existens.

[Forma non est bona consequentia, sed ejus comes & virtus, ut loquitur Dn. Libanius. Illam Syllogismus primum per se judicat, verum & falsum consequenter; quia ex vero per se nil nisi verum, & ex falso nil nisi falsum.]

Hic observa vitium Syllogismi vel esse in materiâ, vel in formâ; In materiâ est, quando alterutra præmissarum sive propositio, sive assumptio falsa est, vel ambigua. In formâ est, quando dispositio syllogistica violatur; seu, quando Regulæ Syllogismorum non observantur. ut cum dicitur gratia in 1. Figura minor est negativa; in 2. fig. conclusio est affirmativa; in 3. conclusio universalis, &c. Dicitur vulgò ἀνακόλουτος, id est, mala consequentia, ἀνακόλουτος, παρὰ λόγον, παρελλογισμός, inconsequens, apparens Syllogismus, scopæ dissolutæ, &c.]

Porro generales de Bona consequentia Syllogistica sunt hi CANONES.

I. Syllogismi dispositio debet informari ad normam *Dici de Omni & Dici de Nullo.*

*Dictum de Omni* est, quando nihil sumi potest sub subjecto, cui non tribuatur prædicatum; ut, *Omne vinum calefacit. Omnis homo est animal.*

[Hic nihil sumi potest sub vino tanquam sub genere, de quo non dicatur quod calefaciat. Quærat ergo ad dictum de omni. Alii sic efferunt: *Dici de omni* est, cum nihil potest dici de genere, quod non etiam dicatur de specie sub genere comprehensa. *Vsus hujus canonis est potissimum in 1. Fig. ubi proceditur à genere ad speciem.*]

*Dictum de nullo* est, quando sub subjecto nihil potest sumi, de quo non removeatur prædicatum, ut: *Nullum animal est lapis. Nulla stella consumitur.*

[Quærant hæc ad dictum de nullo, quia sub animali & stella tanquam subjecto nihil potest subsumi, à quo prædicatum (lapis, consumi) non removeatur; Sive sumas hominem]

nam, siue leonem, siue anserem, &c. siue Lunam, Martem, Venerem, vel aliam cuiuscunque magnitudinis stellam, sic efferunt; Dicitur de nullo est, quando negatio generis negatur etiam species eiusdem generis.]

II. Quaecunque in uno tertio conveniunt, inter se conveniunt. Quaecunque in uno tertio dissentiunt, inter se dissentiunt.

[Principium hoc Mathematicum insitum est, hinc autem de syllogistica. Medius terminus est extremorum conclusionis norma, quorum utriusque si congruat, siue insit, dicitur etiam, extrema sibi inesse mutuo; si vero uni extremorum insit, alteri vero non congruat, iudicatur, nec terminum extremo inesse.]

III. Ex veris per se non nisi verum colligi potest: Ex falsis nil nisi falsum.

[Hoc est, si praemissa fuerint vera, ex iis non nisi verum concludi potest. Verum enim vero consonat. Sin praemissa nisi, falsum.]

Interdum ex vero falsum colligitur, sed non la consequentia. ut: *Omnis asinus est animal. Tu non es asinus. Ergo non es animal.*

[Ambae praemissae hic verae sunt, & tamen falsum indigitur; propter violatam dispositionem syllogisticam. Praemissio enim debebat esse affirmata.]

2. Ex falso interdum verum, sed ex accidenti, ut: *Omnis lapis est animal. Omnis homo est lapis. Ergo omnis homo est animal.*

[Ambae praemissae falsa sunt, & tamen verum concluditur per accidens; seu, ratione formae, non ratione materiae.]

IV. Ex necessario non nisi necessarium ex contingenti non nisi contingens sequitur. Ex necessario: *Omne animal est substantia. Homo est animal. Ergo homo est substantia.* Ex contingenti

tingenti: *Omnis Dialecticus est Grammaticus.*  
*Homo est Dialecticus. Ergo homo est Gramma-*  
*ticus.*

[Ratio prioris est, quia necessarium semper verum & sibi simile est. Interdum tamen ex contingenti sequitur necessarium, sed contingenter.]

V. In syllogismo positis præmissis necessario sequitur conclusio.

[Præmissæ enim sunt causæ; Conclusio est effectus. Positâ autem causâ sufficiente, necessario sequitur effectus. Confer explicat definit syllogismi.]

VI. In syllogismo non sint plures neque pauciores termini quàm tres: neque secundum vocem (*explicite*) neque secundum sententiam (*implicite*.)

[Aliàs turbatur connexio.]

*Explicite: ut, calceus tuus est coriaceus. Pes tuus est indutus calceo. Ergo pes tuus est coriaceus. Omnes studiosi fiunt docti. Petrus est ignavus. Ergo fiet doctus. Omnes credentes salvantur. Julius Caesar gerit bellum cum Pompejo. Ergo Julius Caesar salvatur.*

[Nota. Nonnunquam medius terminus leviter saltem inflectitur, vel etiam syllogismus integer non est, sed Enthymematicus, & tùm apparent quatuor termini, cum tamen sint tres. Ut, *Logos est illocalis Humanitas Christi est assumpta in logon. Ergo Humanitas Christi est illocalis. Qui dicunt hic esse quatuor terminos, 1. logos. 2. illocalis. 3. Christi humanitas. 4. in logon; falluntur. Medius enim terminus leviter saltem inflectitur (logos, in logon) & sumitur ita in Majori sicut in Minoris propositione, si synecdoche ponatur in Majori, ut sensus sit, Logos est illocalis, hoc est, Assumptum in logon est illocale. Plane ac si diceret. Arx Darmstatina est extra Saxoniam. Ludovicus Princeps est in arce Darmstatinâ. Ergo*

Ludovicus Princeps est extra Saxoniam. *Propositio sic informabis, Quicumque est in arce Darmstatina, extra Saxoniam, ac sic est legitima. Deinde syllogismi huiusmodi sunt Cryptici sive Enthymematici, in quibus syllogismus loco propositionis omissa ponitur. Propositio esse debet; Quicquid assumitur in logon, est ille. I.e. Prosyllogismus huius propositionis, Quia logos est localis.]*

Implicitè ponuntur quatuor termini, quando homonymia sive ambiguitas est in vocabulo medium terminum designante, & aliter accipitur in Majori, aliter in Minori propositione. *ut, Vulpes est quadrupes. Herodes est Vulpes. Et Herodes est quadrupes. Ubi in Majori accipitur vocabulum vulpes propriè: in Minori Metaphorice.*

*Unde hi Canones.*

1. A terminis absit ambiguitas:
2. Termini non sint ambigui:
3. Ambiguitas parit quatuor terminos.
4. Ambiguitas multiplicat terminos propter rationem.

[*Est autem ambiguitas vel Grammatica, vel Rhetorica. Grammatica oritur ex preceptis Gram. non rectè interpretatur & intellectus. Estq; aut in Etymologia aut in Syntaxi. Ad Etymologiam pertinet 1. Fallacia Etymologica, quæ est, cum pars ponitur pro parte, ut amare est dulcis animi actio. Petrus scilicet amare. Ergo flere Petro est dulcis actio. Hic amare in propositione est Verbum. In Assumptione Adverbium.*

2. Fallacia Orthographiæ, quæ est, cum vitium latet in Orthographiâ: ut, Equus est animal quadrupes. David est æquus. Ergo David est animal quadrupes. Fecit humani generi adversatur. Veritas est virtus. Ergo virtus humani generi adversatur.

3. Falla

3. Fallacia Profodiæ, quæ est, cum vox una quantitate variam habet, unde diversus sensus oritur: ut, Mala proveniunt ex arboribus. Vicia sunt mala. Ergo vicia proveniunt ex arboribus. In majori significat malum idem quod pomum, & habet primam longam: In minori idem quod pravum, & habet i. brevem.

4. Fallacia Accentus, quæ est, cum ex accentu & pronuntiatione vitium oritur, ut, Quod conditur bene sapit. Urbs conditur. E. Urbs bene sapit. Qui vincitur, est facinorosus. Imp. Rodolphus vincitur a Turcâ. Ergo est facinorosus.

5. Fallacia dictionis, quæ est, cum vocis nativæ significatio cum artificiali; seu; cum nomen primæ intentionis cum nomine secundæ intentionis confunditur, ut, Columba volat. Columba est generis feminini. E. genus femininum volat. Animal est generis neutri. Casparus est animal. E. Casparus est generis neutri. R. Animal in propositione, & columba in assumptione, considerantur ut nomina secundæ intentionis: In assumptione vero animal & columba in propositione accipiuntur ut nomina primæ impositionis. In his & similibus ambiguitas paucorum terminos.

Ambiguitas Syntaxeos est, cum constructio vocum non recte adhibita fallit. ut, Ajo te Æjacida Romanos vincere posse. Nunc Romanos invadam. Ergo vincam. Dubium est illud oraculum, quod tum ad Romanos, tum ad Æjacida referri potest.

Hæc pertinet Fallacia compositionis & divisionis, cum ea, quæ conjungenda vel disjungenda, disjunguntur vel componuntur, ut, Angeli gaudebunt super uno enim necessario conjungenda: agente poenitentiam. Ambiguitas Rhetorica est, quando vox Metaphorica sumitur pro propria: dicitur aliàs fallacia æquivocationis, ut; Luscinia volat. Muscus est Luscinia. Ergo volat. Vitis est planta terrestris. Christus est vitis. Ergo Christus est planta terrestris. In his & similibus in Majori subjecta accipiuntur proprie: in Minori Metaphoricè, unde quatuor resultant termini. Sed de his plura aliàs.]

VII. Medius terminus nunquam ingrediatur conclusionem, neque ex toto, neque ex parte.

Lex generalis erit, medium concludere neque

Ex toto. ut; *Omne animal est substantia. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo animal est substantia. Omnis virtus est laudanda. Modestia est virtus. Ergo Modestia est laudanda.*

Ex parte: ut, *Omnes per se boni affectus per vitium originale contaminantur. Amor sponsi & sponsa est per se bonus affectus. Ergo amor sponsi & sponsa per se contaminatur per vitium originale. Hic per se, est pars medii termini, quae debet imitari conclusioni.*

[Ratio est, quia nihil potest esse simul causa & effectus ejusdem. At medius terminus est causa conclusionis, quia pulat majorem & minorem, ut inde conclusio inferatur. Medium non est quod concluditur, neque de quo aliquid concluditur, sed quo mediante concluditur. Sicut norma non est id quod mensuratur, sed quo mensuramus. Ita & Medius terminus, &c.]

VIII. Si tertium argumentum consentaneum parte utraque quaestionis, affirmative etiam disponatur cum partibus quaestionis.

[Ratio, quia consentanea affirmando enunciantur. Vnde de propositio & assumptio erunt affirmative, & ex illa affirmativa deducta conclusio. Quaestio sit: An virtus moralis laudanda? Affir. argumento tertio, ab adjuncto, quia est honesta. Hic medius terminus (honestus,) quia consentit cum utraque quaestionis parte, nempe cum virtute (antecedenti subjecto) & laudanda (conseq. praedicato;) illius est adjunctum, hujus vero subjectum; hinc si disponatur cum praedicato, propositio erit affirmata. Omne honestum est laudandum. Vicissim si disponatur cum subjecto, propositio erit assumptio affirmata. Virtus moralis est honesta. quibus affirmatis, affirmata etiam resulsabit conclusio. Ergo virtus moralis est laudanda.]

IX. Si tertium argumentum cum altera  
tantum quæstionis parte consentit, ab altera  
verò dissentit; disponetur in præmissis semel  
affirmatè, semel negatè.

[*Ut; Quæstio est, An Ignis fatuus sit stella. Neg. argu-  
mento 3, Quia non est corpus perpetuum. Hic corpus  
perpetuum esse consentit, cum predicato quæstionis (stella),  
unde affirmativa erit propositio. Stella est corpus perpe-  
tuum. Idem verò dissentit à subjecto (ignis fatuus) unde  
negata assumptio; Ignis fatuus non est corpus perpe-  
tuum. Ex his infertur conclusio, ut qua partem debiliorem  
sequitur, negata. E. Ignis fatuus non est stella.]*

X. Si prædicatum quæstionis, cum argu-  
mento tertio (*medio termino*) assumptionem:  
Subjectum verò cum eodem propositionem  
constituit, syllogismus simplex vitiosus est. ut:  
*Omnis homo est mortalis. Omnis fœmina est ho-  
mo. E. Omne mortale est fœmina.*

[*Ratio dependet è terminorum definitione. Violata igitur  
hic est dispositio syllogistica. Quia prædicatum (fœmina) de-  
bebat disponi cum medio termino in propositione majori. Sub-  
jectum (mortale) in Assumptione; Similiter, Dialectica  
non est Grammatica. Dialectica est ars. Ergo Gram-  
matica non est ars. Violata & hic est dispositio; Ita enim  
disponi debebant termini. Dialectica est ars. Grammatica  
non est Dialectica. Ergo Grammatica non est ars. Hic  
termini rectè sunt dispositi. Vitium autem est in forma,  
quia assumptio est negativa.]*

XI. Præmissæ in syllogismo habeant idem  
prædicationis genus. *Nam*

*Mutato genere prædicationis usitato, non  
val. Conseq. ut: Caro est creatura. Λόγος est ca-  
ro. Ergo Λόγος est creatura.*

[*Non V. C. quia non est idem genus prædicationis; Proposi-  
tio est prædicatio regularis. Assumptio irregularis & in-  
usitata.]*

*Muta,*



Mutatur verò genus prædicationis 1. quando fit transitus ex uno prædicamento in aliud: 2. quando termini aliter accipiuntur in una, aliter in præmissa altera. 3. quando confunduntur termini abstracti, cum concretivis. Casus obliqui cum rectis. Recti cum obliquis. 4. Cum committitur fallacia dictionis. Vide Canon. 6.

XII. Præmissarum altera semper esto universalis. Nam

Ex puris particularibus nihil sequitur, ut *Petrus est Apostolus. Petrus est homo. Ergo omnes homines sunt Apostoli. Quidam Christiani non damnantur. Judas fuit Christianus. E. non fuit damnatus.*

[Ratio canonis est, quia particulares non congruunt ad dictum de omni, & dictum de nullo. Ideo in omni Syllogismo necesse est aliquam esse universalem, ut omnes species seu omnia singularia possint sumi sub uno genere.]

Nota I. Interdum ex puris particularibus vera fertur conclusio, sed per accidens: ut, *Quidam Reges fuerunt justii. David fuit Rex. E. David fuit justus.*

II. Ex meris singularibus seu propriis etiam aliquid concluditur, quatenus sunt & manent singularia res. ut, *Abrahamus fuit justificatus sine operibus. Abrahamus fuit peccator. E. Peccatores sine operibus justificantur.*

Huc pertinet & hac Regula: A non distributo ad distributum, non valet consequentia: *Sens, quia eadem est: A particulari ad universale, non valet consequentia.*

XIII. Præmissarum altera semper esto affirmativa. Nam

Ex puris negativis nihil sequitur. Hinc veritas. Partibus ex puris sequitur nil atque negativis. ut: *Nullus angelus moritur. Nullus homo est angelus. E. Nullus homo moritur. Nullus homo est*

occidendus. Nullus taurus est homo. E. nullus taurus est occidendus.

[Ratio canonis. Medius debet questionis partes Majorem & Minorem connectere. Negatio autem cum nihil copulet, sed distrahat, nulla consequentia bona è puris negativis existere poterit.]

Notæ: Interdum ex puris negativis verum concluditur; Sed t. contingenter, fortuito & per accidens, ut; Nullus asinus est lapis. Nullus homo est asinus. E. Nullus homo est lapis.

2. Vi solius materiæ. Qui non audiunt verbum Dei damnantur. Iudei non audiunt verbum Dei. Ergo Iudei damnantur.

[Quamquam assumptio ex sententiâ aliorum hic affirmata, de quopura infra in Figuris.]

3. Cum omnes termini sunt species disparata: ut; Nulla linea est scientia. Nulla unitas est linea. Ergo Nulla unitas est scientia.

4. Cum propositio major habet geminam negationem, æquipollentem affirmativæ. ut; Quod non est animal non est homo. Planta non est animal. E. Planta non est homo.

[Gemina hæc majoris negatio concludit propter æquipollentiam convertentis & conversæ. Nam æquipollet huic affirmativæ; Omnis homo est animal.]

XIV. Premissæ inferentes conversam inferunt convertentem, & contrâ: Itaq;

A conversâ ad convertentem valet consequentia, & contrâ. ut; Nullus electus manet in peccatis ad vitæ finem. Omnis credens est electus. E. Nullus credens manet in peccatis ad finem vitæ, & vicissim; per contrapositionem retento eodem medio infert hanc. E. quicumq; manet in peccatis ad finem vitæ non est credens. Sic; omnes electi sunt vocati. E. qui non sunt vocati, non sunt electi.

XV.

XV. Non sit plus vel minus in conclusione, quàm fuit in præmissis cū argumento tertio dispositum, ut: *Omne depositum est reddendum. Arma sunt depositum. E. Arma sunt reddenda furioso. Caro Christi vivificat tantum credentes. Hypocrita indigni non credunt. E. indigni non accipiunt corpus Christi in cæna.*

[Plus hic est in conclusione quàm in præmissis nam tō accipere corpus Christi & furiosus non fuere disposita cum argumento tertio in præmissis.]

*Sic: Peccatores pœnitentiam agentes recipiuntur in gratiam. Sed omnes homines non recipiuntur in gratiam. Ergo omnes homines non sunt peccatores.*

[Hic minus est in conclusione, quàm in præmissis. Sic enim inferri debebat. Ergo omnes homines non sunt peccatores, pœnitentiam agentes.]

*Huc pertinent & hi canones:*

1. Major & minor terminus ita inferantur in conclusionem, ut erant dispositi in præmissis, non mutati, nec mutilati, ut: *Equus est aliud ab homine. Socrates non est aliud ab homine. E. Socrates non est aliud ab equo.*

[Major terminus in propositione majori positus in calu recto (*equus*) in conclusione verò mutatur per obliquum (*ab equo*.)]

2. Determinatio subjecti & prædicationis antecedente, quæ non est principale membrum, non immisceatur conclusioni, ut: *Res suo genere bona non est damnanda. Jurisprudencia est res suo genere bona. E. Jurisprudencia suo genere damnanda non est.*

[Hic in suo genere est determinatio sive descriptio subjecti & predicati, quæ conclusioni non inferenda, sicut alia syncategoremata partium antecedentis suo loco relinquenda; & questio problematicè concludenda.]

XVI. Conclusio imitetur partem debiliorem & ignobiliorem.

Itaq;

Semper particularem præmissam sequitur conclusio particularis.

Negativam præmissam sequitur conclusio negativa.

[Ratio est, quia debilior & ignobilior pars est negativa, quia dissolvit, quàm affirmativa, quæ copulat: & particularis debilior est universalis; Specialis generali; Illa enim est pars, hæc verò totum. Totum autem fortius est suâ parte.]

Itaq; non V.C. Omnes officium facientes placent Deo. Quidam Scholastici faciunt officium.

E. omnes Scholastici placent Deo. Quidam fideles salvantur. Omnis fidelis est vocatus. E. omnis vocatus salvatur. Quia

Siqua negata præit, sequitur conclusio negans.

Siqua præit partic. sequitur conclusio partic.

[Observa idem valere de hypotheticis. Hypothetica enim est debilior categoricâ. Non igitur valet. Omnis peccator si convertitur, recipitur in gratiam. Judas fuit peccator. E. Judas receptus est in gratiam. Hypothetica nihil potuit in esse.]

XVII. Nunquam hypothetica (conditionalis) ponatur loco conclusionis, sed tantum categorica, ut: Omnis electus credit in Christum. Quidam homines non credunt in Christum. E. Si quidam homines non sunt electi.

[Vana est illatio, quia conclusio non est determinativè posita.]

XIIX. Conclusio falsa præsupponit unam  
saltem præmissam falsam.

[Vero enim omnia consonant. Confer Canon. 3.]

XIX. Conclusio in Syllogismo nunquam  
neganda est.

Error enim vel est in propositione, vel  
in assumptione: nunquam in conclusione. *Omnis  
asinus est animal. Tu non es asinus. Ergo  
non es animal.*

[Conclusio etsi hæc falsa est, negari tamen non potest,  
cum antecedens verum sit ratione materia, vitium hæc in  
materia latet. Quia in assumptione violatur dispositio Syllogismi.  
Cum in 1. figura semper esse debeat affirmativa. Tale est  
hoc; Scrutator cordium est adorandus. Angeli sunt  
scrutatores cordium. Ergo sunt adorandi. Iterum non  
negabis conclusionem. At cum dispositio Antecedentis sit  
legitima, vitium in materia latet, quia assumptio est falsa.  
Solus enim Deus est scrutator cordium.]

XX. Consequentia bona nunquam negari  
debet.

[Bona consequentia est, quando dispositio Syllogistica  
legitima est. Mala est, quando lex aliqua dispositionis  
syllogistica violata est. Quando ergo forma Syllogismi  
bona est, consequentia negari non debet, ut materia  
vitiosa sit materia. Si verò forma mala est, neganda est  
consequentia: ut cum infero: Grammatica est ars. Dialectica  
est ars. Ergo Grammatica est Dialectica. Hic respondet  
debis, nego consequentiam, quia in secunda figura  
debet fieri syllogismi negativi, non affirmativi. Si verò  
vitium est in materia, consequentia non est neganda  
sed obscura explicanda, ambigua distinguenda, falsa  
neganda. ut: *Omnis asinus est animal irrationale. Petrus  
est asinus. Ergo Est animal irrationale.* Hæc non negabis  
consequentiam, sed assumptionem, cujus ambiguitas parit quatuor  
terminos, itaq; distinguenda. Vnum nota, cum vitium  
est in forma & materia simul, vel in forma tantum, non est  
Syllogismus.]

Syllogismus, sed ἀσυνδοκισία, παρελλογισμὸς.]

XXI. Nonnunquam Syllogismus concluditur, non vi formæ, sed necessitate materiæ, aut per accidens: ut, *Messias promissus restituit cæcis visum, surdis auditum. Iesus Nazarenus restituit cæcis visum, surdis auditum. Ergo Iesus Nazarenus est Messias.*

[Falsus hic syllogismus est ratione formæ, est enim affirmativus in secunda figura. Bonus autem est ratione materiæ propter reciprocationem Propositionis, cuius respectu, vi primæ fig. concludit.]

Hactenus de Syllogismi partibus, sequitur ejusdem divisio.

CAPUT XVI.

Syllogismi Distributio eiusdemq; affectiones.

1. Syllogismus est vel Manifestus, vel Crypticus.

[Distributio hac non est accurata generis in species: Sed ex dignitate syllogismi perfectione & imperfectione, manifestatio & occultatio, quæ ei præter essentiam accedit: Interim tamen doctrina gratia utilis & commoda est.]

2. Manifestus est, cujus dispositio manifestè cum naturali mentis collectione congruit.

[Necesse igitur est, ut in omni Syllogismo manifesto sint duæ præmissæ & conclusio: Harum si vel una desideratur, vel plures adduntur, vel invertuntur, naturalis dispositio occultatur. Quæ occultatio cryptis: Syllogismi verò quibus ista amplificatio aut imperfectio attribuitur, Cryptici dicuntur.]

3. Uterq; vel simplex est, vel compositus.

positus. Ille dicitur *categoricus*: Hic vero *hypotheticus*.

[Correspondet hac distributio divisioni axiomatum. Con-  
petit autem non tantum manifesto, sed & cryptico Syllogis-  
mo. Quia enthymemata, prosyllogismi, sortitae, &c. tam  
plicas quam compositi Syllogismi occurrunt.]

4. Simplex syllogismus est, in qua  
quaestiones pars consequens (praedica-  
tum, major terminus) disponitur cum  
argumento tertio in propositione: praedica-  
ans antecedens (subjectum, minor terminus)  
in assumptione.

Simplex dicitur 1. à forma, simplici nimirum  
tium quaestiones cum medio termino dispositione.  
Respectu compositi, in quo integra quaestio in pro-  
positione cum argumento disponitur. Exemplum  
Anima est immortalis, Probo argumento 3. Quia  
imago Dei. Sume quaestiones consequens (immortalis)  
disponere cum argumento tertio (imago Dei) habebis pro-  
positionem: Imago Dei est immortalis: Assume  
quaestiones antecedens (anima) & disponere cum argu-  
mento tertio, & habebis assumptionem: Anima est imago  
Dei. Hinc sequitur conclusio: Ergo anima est immortalis.  
disponere & hac exempla. Avarus non est liber, quia  
avidus. Quidam divites sunt servi, quia sunt stulti.  
Liber non est saltator, quia non est luxuriosus.

Simplex praecedit Compositum ordine naturae. Sim-  
plex enim sunt natura priora, quia mensura compositi  
Observa hic unum: Non semper necesse esse syl-  
logismum simplicem conitari enunciationibus sim-  
plicibus. Habet enim nonnunquam compositas.  
Omne animal aut est mutum, aut loquens. Homo est  
aut mutus est, aut loquens. Hic propositio est axioma  
positum, & tamen forma syllogismi simplex est. Quia  
terminus simpliciter disponitur, semel in propositione

[predicatio, semel in assumptione cum questionis subiecto.]

5. Dividitur syllogismus simplex, vel secundum affectiones qualitatis & quantitatis, vel secundum species.

6. Secundum qualitatem est vel affirmatus, vel negatus.

[Competit quidem hac divisio omni syllogismorum generi: inferior tamen & evidentior est in simplici, Liban. hoc loc.]

7. Affirmatus est, cujus omnes partes sunt affirmatæ. ut, *Omnis creatura est subiecta vanitati. Omnis homo est creatura. Ergo omnis homo est subiectus vanitati. Socrates est philosophus. Socrates est homo. Ergo quidam homo est philosophus.*

8. Negatus est, cujus altera præmissarum (vel propositio, vel assumptio) est negata cum conclusione. ut, *Imago Dei non est mortalis. Anima est imago Dei. Ergo anima non est mortalis. Thersites non est Philosophus. Thersites est homo. Ergo quidam homo non est Philosophus.*

[Duo altera. Non enim utramque præmissam negativam esse convenit. Quia ex paribus negativis nihil sequitur.]

9. Secundum quantitatem syllogismus est vel universalis, vel particularis, cui subjungitur singularis sive proprius.

10. Universalis est, cujus vel præmissæ, vel omnes partes sunt universales.



les. ut, *Omne animal est substantia. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est substantia.*

[Observa duo. I. Rameis *universalis est*, cuius premissa propositio & assumptio sunt universales. Ita Syllogismus in Darapti, Felapton, cuius conclusio est particularis nihilominus etiam *universalis est*: Alii *universalis est* a quantitate conclusionis metiuntur, qua *universali existens*. Syllogismum *universalem esse* asserunt. II. Syllogismi *universalitas non tantum ex appositis notis Omnis vel Nullus* sed ex re ipsa potius estimatur: vel, *universalis est etiam de notis. ut*, Fortitudo pro justitia fortiter pugnat. Fortitudo est virtus. E. Quaedam virtus pro justitia fortiter pugnat. Qui suis diffidit, non est beatus. Arrogans suis diffidit. Ergo non est beatus: pro; omnis qui diffidit, &c.]

II. *Particularis est, cuius altera tantum præmissarum, vel propositio, vel assumptio, est particularis cum conclusione. ut*, Spiritus carnem & ossa non habet. Christus carnem & ossa habet. Ergo Christus non est Spiritus. Omne corruptibile est compositum ex elementis. Anima non est composita ex elementis. Ergo anima non est corruptibilis.

[Dico iterum altera. Non enim utramque præmissam necesse est esse particularem. Quia ex puris particularibus nihil sequitur.]

12. *Singularis sive Proprius est, cuius utraq; præmissa est singularis sive propria (axioma proprium) ut*, Socrates est doctus. Socrates est homo. Quidam igitur homo

homo est doctus. Catilina fuit seditiosus. Catilina fuit civis Romanus. E. quidam Romanus est seditiosus.

## DE SYLLOGISMO EXPOSITORIO.

[Ad proprium refertur Syllogismus expositivus, qui ita à Philippo definitur. Syllogismus expositivus est in quo medium est singulare, hoc est, proprium. Eum verò seorsim tradit, & Figura tertia immediatè subjicit. Dicitur Expositivus, quia propositio communis exponitur per singulare non ambiguas. Singulares autem vocant, non tantum substantia sed subjectum est nomen proprium, verum etiam demonstrativa vox: Hæc res, ista res, &c. Aliis dicitur Syllogismus expositionis, quia nil aliud est, quam provocatio quadam ad testimonium sensus, ideòq; demonstratio sensibilis à Zabarella dicitur. Ejus sunt hæc exempla: Hæc res urit. Hæc res est ignis. Ergo ignis urit. Medea non amavit liberos suos. Medea fuit mater. Ergo quædam matres non amant liberos suos. Musa est generis fœminini. Musa definit in A. Ergo quædam in A. sunt generis fœminini. Sed malè Syllogismus expositivus seorsim traditur. 1. Quia nil aliud est quam proprius, cum argumentum tertium in eodem desumptum sit ab individuo singulari seu proprio. 2. Nec tantum congruit tertia figuræ, sed pro diversa dispositione mediæ modo primæ, modo secundæ, modo tertiæ. 3. Quia etiam compositus est proprius. 4. Quia omnia quæ de Expositivæ regulis traduntur, communia sunt etiam aliis, & ex affectione argumenti topicæ nec non attributione axiomaticæ dependent, quibus Syllogismi hi judicantur materialiter. Consequenter verò communibus Syllogismorum legibus dijudicanda. Vnde tamen observa, Expositivos in tertiâ figurâ esse & frequentiores & usitatos & evidentiores. Quia in tertiâ figurâ omnes conclusiones sunt particulares, quæ rectè conficiuntur per expositivum.

## De Syllogismo Apodictico &amp; Dialectico.

Dividitur etiam Syllogismus ab Aristotelicis in Demonstrativum.

strativum sive Apodicticum & Dialecticum sive Probabilem. Demonstrativus est, qui ex meris necessariis reciprocis constat. Estq; vel t̄s dion, in quo argumentum sumitur ex efficiente & fine. Dicitur à priori. Ex efficiente. ut, Quicquid rationis particeps, est risibile. Homo est rationis particeps. Ergo homo est risibilis. Ex fine. Quos Deus sibi proposuit glorificandos aeternâ gloriâ, illis omnia cedunt in bonum. Deus proposuit sibi omnes amantes se gloriâ aeternâ glorificare. Ergo omnibus amantibus Deum omnia cedunt in bonum. Vel t̄s in quo argumentum sumitur ex effectis. Dicitur à posteriori. ut, Quod potest generari, in eo est materia. Corpus naturale potest generari. Ergo in corpore naturali est materia. *Quae demonstrationes omnes in Philosophia sunt usitatissimae, quarum demonstrationes à priori per Regressum peruenimus. Regressus autem dicitur illa demonstrandi ratio, qua per causam ex effectu notiori colligimus, postea procedentes ex eadem causâ eundem effectum demonstramus. Sic probatur Lunam esse globosam, quia per totum scit ac decrescit: deinde regrediendo demonstramus Lunam crescere & decrescere, quia sit globosa.] Syllogismus Dialecticus sive probabilis est, qui constat enunciatis veris contingentibus, & probabiliter ex quibusvis argumentis concludit. Ex materia; In Hassia est frumenti. Ergo est copia panis. Ex Subjecto. Lucretia mulier. Ergo est garrula. Ex Adjuncto; Petrus pallet. Ergo studet. Ex oppositis. Est Leo. Ergo non asinus. Ex comparationis. Nauta non ex natura, sed ex electionis judicio periturus. Ergo princeps. Sed de hac distributione plura dicent Aristotelici.]*

Hæc de Syllogismi simplicis secundum affectionis distinctione: sequuntur ejusdem species sive Figure

## CAPUT XVII.

## PRIMA FIGURA.

## I. FIGURA Syllogismi simplicis est

apud dispositio argumenti tertii (*mediæ termini*) cum partibus quæstionis.

2. Figuræ Syllogismi simplicis pro triplici argumenti tertii dispositione sunt tres: quarum singulæ plures concludendi modos admittunt.

[*Figuræ vocabulum Metaphoricum est, ex Mathematicis translatum ad Logicam: Vix verò vulgata Logicorum consuetudine nunc adeo tritum, ut pro tropico non amplius, sed proprio habeatur. Species Ramei vocant, quanquam & hoc ambigunt. Distinguentes Syllogismum simplicem in Contractum, quem primo loco ponunt: nos verò tertiæ figuræ assignamus: & Explicatum; quem duorum modorum faciunt. 1. Modi, in quo argumentum in Antecedente sequatur, quem nos secundæ figuræ: 2. Modi, in quo argumentum in propositione antecedat, in assumptione sequatur, quem nos primæ figuræ attribuimus. Ordinis rationem isti in terminæ collocatione constituent, sed absq; ratione. Cum constet integrum & perfectum prius esse in usu rationis licet in naturâ generationum ex imperfecto fiat mutatio, inquit Dn. Libav. fol. 151. Caterisq; observa hic versiculum, quo dispositio*

*Modi trium figurarum vulgò exprimitur.*  
~~Syllogismum~~ *positivum*  
~~Subjunctum~~ *Prima: Secunda bis est præ: Tertia bis*  
~~sub]~~

3. Modus est dispositio propositionum Syllogismi in debitâ quantitate & qualitate.

Quantitate denotatur propositio universalis vel particularis: *Qualitate* affirmativa vel negativa.

[*Itaq; Modi non discernunt Figuras: hoc enim est terminorum, sed syllogismorum saltem propositiones juxta Figuras dispositas, innuunt vel esse universales*

vel particulares; vel affirmativas vel negativas. Quae ut facilius inculcarentur, excogitarunt veteres certa quaedam vocabula numero 14. quibus modos figurarum (Proprietates) exprimerent, his comprehensa versiculis

Barbara, Celarent, Prima Darii, Ferioq; ;  
 Celare, Camestres, Festino, Baroco, Secunda ;  
 Tertia grande sonans edit Darapti, Felapton,  
 Adjungens Disamis, Datist, Bocardo, Ferison.

Quae quidem vocabula barbara nihil significat  $\alpha\eta\omega\upsilon\lambda\iota\kappa\omega\varsigma$  sive Grammaticè: At significat  $\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\varsigma$  sive  $\tau\epsilon\chi\upsilon\iota\kappa\omega\varsigma$ . Prima enim vocalis significat Propositionem: Secunda Assumptionem: Tertia Conclusionem, Vocales verò A, E, I, O, denotant qualitatem & quantitatem propositivum. A significat universalem affirmativam: E. universalem negativam. I. particularem affirmativam. O. particularem Negativam iuxta hos versiculos:

Afferit A, negat E, verum generaliter ambo  
 Afferit I, negat O, verum specialiter ambo.]

*syllg simplex 4.* Prima Figura est, in qua argumentum tertium est pars antecedens <sup>(ante cedens 2<sup>a</sup> m. r. a.)</sup> in propositione: pars consequens <sup>(consequens 2<sup>a</sup> m. r. a.)</sup> in assumptione affirmata.

[Prima Figura rectè primo loco ponitur. 1. Quia habet necessitatem non solum illationis (est enim omnium figurarum communis) sed etiam evidentiae (habent enim dictum de Omni & Nullo, unde evidentiam omnes Syllogismi sortiuntur.) 2. Quia est generalior. Omnis enim generis quaestiones tam universales quam particulares, tam affirmativas quam negativas concludit; Quod in reliquis Figuris non fit. 3. Quia est magis naturalis & perfectior. Reliquae enim ad eam reduci possunt. Non contra haec ad illam. Habent quidem Scitae necessitatem, non tamen apparentiam necessitatis, hoc est, non tam perspicua est evidentia

dens in illis illatio, quam in prima, ad quam ubi reducuntur  
necessitas sic manifestior.]

5. Modi primæ figuræ communes  
sunt Quatuor. Duo universales; Bar-  
bara, Celarent. Duo particulares; Darii,  
Ferio. Quibus adjiciuntur duo Singula-  
res sive Proprii.

6. Primus modus universalis affir-  
matus est BARBARA; qui habet omnes  
propositiones universales affirmati-  
vas, ut: A

Bar Omne vitium est fugiendum. *pertinet hoc optum*  
ba Avaritia est vitium. E. *ad Modum Darii*  
ra. Avaritia fugienda.  
Virtus est expetenda, quia est bona. Virtus est bona, *De justum e-*  
Quia possessorem meliorem reddit. Avarus est servus, *utile, &*  
Quia cupit & metuit. Honestum est utile. Quia est *de honestis, e-*  
*justum.*

7. Secundus modus universalis ne-  
gatus est CELARENT; qui habet pro-  
positionem & conclusionem univer-  
sales negatas. Assumptionem univer-  
saliter affirmatam, ut: *De justum e-*  
*stium utile.*

Ce Nullus rerum imperitus est idoneus ad  
Republ. gubernandam.  
la Omnes adolescentes sunt, imperiti re-  
rum. E.  
rent. Nullus adolescens est idoneus ad Rem-  
publ. gubernandam.

Nulla Tyrannis est perpetua, Quia est violenta.  
Nullus lapis respirat. Quia est inanimatus. Mors non  
est m.

est mala. Quia beatos nos efficit. Nullæ divitiæ sunt bonæ. Quia nullum quod omitti potest, est bonum.

8. Tertius modus Particularis affirmatus est DARI; cujus propositio est affirmata universalis: assumptio & conclusio affirmatæ particulares, ut:

Da Omnis dicendi peritus est orator.

ri Cicero est dicendi peritus. E.

i. Cicero est orator.

Clodius jure occisus est, Quia est insidiator. Quædam homines sunt beati; Quia Deo fruuntur. Chastus numerus fortunam fortiter ferre debet; Quia est sibi laudatus. Animus hominis est incorporeus. Quia in imaginem Dei factus est.

Ad hunc modum referuntur etiam Syllogismi quorum Assumptio & Conclusio sunt affirmatæ particulares. ut:

Omnis homo est mendax.

Petrus est homo. E.

Petrus est mendax.

9. Quartus modus Particularis negatus est FERIO; cujus propositio est universalis negativa, assumptio particularis affirmativa. Conclusio particularis negativa. ut:

Fe Nullus deceptor puellæ est laudandus.

ri Demophoon est deceptor puellæ. E.

o. Demophoon non est laudandus.

Cato non afficitur aegritudine. Quia est sapiens. Saul non est hæres vitæ æternæ. Quia sibi ipsi intulit violentas manus. Crassus non est dives. Quia plura cupit.

10. Quintus modus sive Proprius

est singularis affirmatus, qui habet omnes propositiones affirmatas & proprias. ut,

Messias promissus *est verus Deus & verus homo.*

*Christus est Messias promissus. E.*

Est verus Deus & verus homo.

Christus est sacerdos æternus. Quia est *Messias*. Christus secundum humanam naturam est exaltatus ad gloriam. Quia *secundum eandem se exinanivit ad mortem crucis*. Augustus est hæres Cæsaris. Quia est *Octavius*.

II. Sextus modus five Proprius II.  
est singularis negatus, qui omnes partes quidem habet proprias: propositionem verò & conclusionem negatas: assumptionem affirmatam. ut,

*Vox clamantis in deserto non est Christus.*

Johannes est *vox clamantis in deserto. E.*

Johannes *non est Christus.*

Marcus Tullius non est Antonius. Quia *est Cicero*.

Christus non venit è Galilæa. Quia *venit è Bethlehẽm*.

PRIMÆ FIGURÆ sunt hi CANONES.

I. Prima figura est omnium generalissima, perfectissima & evidentissima.

[*Vide theorem. 4. hujus cap.*]

II. In prima figura medius terminus est subjectum in majori, & prædicatum in minori.

[*Huc pertinent omnia exempla sex modorum modo enumeratorum.*]

III. In prima figura processus fit ab universaliali



versali ad particulare ; sive à genere ad speciem.

In prima figura propositio major semper fit universalis, aut propria. ut :

*Omne conflatum ex elementis est corruptibile.*

*Corpus humanum est conflatum ex elementis. E.*

*Corpus humanum est corruptibile.*

[ Hic propositio est universalis & complectitur sibi (tanquam genus suam speciem) corpus humanum. igitur de corpore humano dicitur id, quod dicitur de genere conflatum scil. esse ex elementis. Valet igitur in prima figurâ consequentia à genere ad speciem affirmatâ & negatâ juxta canonem : Quicquid universaliter dicitur de genere, dicitur etiam de specie, & contra : Quicquid universaliter removetur de genere, removetur etiam de specie. ]

I V. In primâ figurâ assumptio semper affirmativa, nunquam negativa.

[ Ratio Canonis est, quia in prima figura subjectum minoris includitur in subjecto majoris : quam inclusionem necesse est fieri per affirmationem. Omnis enim copulatio fit per affirmationem : distractio per negationem. ]

Interdum ex assumptione negata vera inferitur conclusio, verum non per se, sed propter aliud, nempe I. Cùm propositio est exclusiva seu reciproca, ut, *Qui ex Deo est, verbum Dei audit. Judai non sunt ex Deo. Ergo verbum Dei non audiunt.*

II. Valet, quia hujusmodi Syllogismi potestate sunt in secundâ figurâ, propter conversionem propositionis, ut, *Omne animal*

rationis particeps est homo. *Asinus non est rationis particeps. Ergo asinus non est homo.*

[Propositio si invertatur, concluditur in secunda figura. Omnis homo est animal rationis particeps. Asinus non est rationis particeps. Ergo asinus non est homo. Tantum in cœtu vocatorum sunt electi: Turcæ non sunt in cœtu vocatorum. Ergo Turcæ non sunt electi. Converte propositionem & erit in secundâ figurâ: Omnes electi sunt in in cœtu vocatorum. Turcæ non sunt in cœtu vocatorum. Ergo Turcæ non sunt electi.]

Vel deniq; III. valet, quia assumptio verbis quidem est negata, sensu autem affirmata, quæ sic in prioribus exemplis exponi potest: *Judei sunt ex numero eorum, qui non credunt. Turcæ sunt ex numero eorum, qui non vocantur.*

[Observandum hic est caute judicium de negatione & affirmatione assumptionis pendere ex consideratione argumenti tertii. Affirmatum argumentum est, cum ita assumitur e propositione, sicuti ibidem erat propositum. Negatum, cum contradicendo enuncietur in assumptione, ut; Quicquid non plantat pater cœlestis, eradicatur. Reprobos non plantat. Ergo reprobi eradicantur. Propositio hîc est affirmans, & non negans. Negatio enim pertinet ad subjectum. Subjectum autem per se negationem non facit: idcirco nec assumptio per se negans est: Quia negatio illa subjecti, non verò totius propositionis in minorem transfertur. Sic. *Quicumq; non sunt ex Deo, verbum Dei non audiunt. Reprobi non sunt ex Deo. Ergo verbum Dei non audiunt.* Hîc assumptio non est negans, quia subsumitur rectè e subjecto propositionis, quod per sequens subjectum est propositionem negativam non efficit, cum negatio sit pars prædicati. Par esto judicium de hoc. *Qui non congregant mecum, dispergunt. Hypocrita non congregant mecum. Ergo hypocrita dispergunt.* Certissima igitur nota negationis vitiosæ in prima figura est, quando subjectum minoris non includitur in subjecto

subjecto Majoris. Quod si autem includitur. Negatio  
est vitiosa.]

## ELENCHUS I. FIGURÆ

Committitur I. quando propositio non est un-  
versalis, sed indefinita æquipollens particulari. ut.

*Bonum est, à quo dicimur boni. A sole nemo dicitur bo-  
nus. Ergo sol non est bonus.*

[ *Propositio æquipollent huic. Quoddam bonum est  
quo dicimur boni Nempe, bonum morale. Sol autem  
bonum naturale.* ]

II. Quando assumptio est negativa, ut. *Omnia ho-  
micide est puniendus. Nullus fur est homicida. Ergo  
nullus fur est puniendus. Ridere est hominis. Loqui non est  
dere. Ergo Loqui non est hominis. Omne animal est  
stantia. Nulla arbor est animal. Ergo nulla arbor est  
stantia.*

Hæc de prima Figura. Sequitur secunda.

## CAPUT XVIII.

1. **S**ECUNDA Figura simplicis syllogi-  
smi est, in qua argumētum tertium  
(<sup>N. 3. Arctm. 1. 2. 3. 4.</sup> *medius terminus*) est consequens parti  
(*predicatum*) in utraq; præmissa, cum  
conclusionē semper negatā.

2. Modi hujus figuræ communes  
sunt Quatuor: Duo universales; *Cesare*  
*re*, *Camestres*. Duo particulares; *Festinus*  
*Baroco*. Quibus adduntur duo Singula-  
res seu Proprii.

3. Primus modus universalis voca-  
tur Cesare, qui propositionem & con-  
clusionem habet universales negati-

vas: assumptionem verò universalem affirmativam, ut.

*Et Nullus avarus est vir bonus.*

sa *Omnis Philosophus verè Christianus est vir bonus. E.*

re. *Nullus Philosophus verè Christianus est avarus.*

*Nullus avarus est dives, Quia eget. Sapiens non est turbatus, quia benè utitur ratione. Timidus non est fortis, quia pericula detrectat. Cometa non est stella, quia consumitur.*

4. Secundus modus universalis est Camestres: qui propositionem habet universalem affirmativam, assumptionem & conclusionem universales negativas, ut:

*Ca Omnia bona faciunt possessores meliores.*

me *Nulla voluptates corporis faciunt possessores meliores. E.*

ites. *Nulla voluptates corporis sunt bona.*

*Amor consilio regi non potest: Quia nullum consilium in se habet. Inductio non est argumentatio, Quia non est dispositio. Audacia non est fortitudo, Quia non est virtus.*

5. Tertius modus Particularis primus est Festivo; qui propositionem habet universalem negativam: assumptionem particularem affirmativam: Conclusionem particularem negativam, ut,

Fe *Nullus dives plura cupit,*  
 sti *Euclio plura cupit. E.*  
 no. *Euclio non est dives.*

Caelius non est voluptarius, Quia est studiosus  
 rarum. Aeneas non est natus ab hominibus, Quia  
 durus. Maximus non est lividus, Quia est mag-  
 nimus.

6. Quartus modus Particularis  
 cundus est *Baroco*, qui propositionem  
habet universalem affirmativam: a-  
sumptionem & conclusionem parti-  
cularem negativam. ut,

Ba *Omnis qui peccat in Sp.S. desperat.*  
 ro *Petrus abnegando Christum non de-*  
 sperat. E.

co. *Petrus non peccat in Spiritum sanctum.*  
 Saul non est electus. Quia non verâ fide Deo  
 sit. Aeneas non est degener: Quia non meruit. Quo-  
 dam animal non est homo: Quia non est capax  
 plina.

7. Quintus modus specialis seu pro-  
prius primus est, qui utramque præmi-  
sam habet propriam: propositionem  
verò & conclusionem negatas, assump-  
tionem affirmatam. ut,

*Agesslaus non est pictus ab Apelle.*  
*Alexander est pictus ab Apelle. E.*  
*Alexander non est Agesslaus.*

Judas autor Epistolæ Canonice non est Ischario-  
 tes. Quia Evangelium post Christi resurrectionem docuit.  
 Johannes Baptista non est Christus. Quia est vox cla-  
 mantis in deserto. Hic non est Messias. Quia non  
 de sit.

8. Sextus & ultimus modus, seu proprius secundus est, qui propositionem habet affirmatam, assumptionem verò & conclusionem negatas. ut,

*Messias debuit baptizare Sp. S. & igne.*

*Johannes non baptizavit Sp. S. & igne.*

*Johannes igitur non est Messias.*

*Simon Magus non fuit Christus. Quia non fuit Nazarenus. Petrus non est Paulus. Quia non est Apostolus gentium. Cicero non fuit Cæsar. Quia non oppressit patriam.*

[*Hic Nota, quando argumentum tertium Syllogismi proprii secunda figura affirmatum est, disponitur juxta modum 1. proprium. Quando negatum est juxta modum secundum proprium.*]

Secundæ Figuræ sunt hi CANONES.

I. In secunda figura argumentum tertium sit consequens sive prædicatum in utraque præmissa, hoc est, in propositione & in assumptione.

[*Exempla proposita sunt in singulis modis.*]

II. In secundâ figurâ propositio semper sit universalis, aut propria; nunquam particularis, ut: Quædam delicta puniuntur à Magistrato. Nulla ebrietas punitur. Ergo nulla ebrietas est peccatum.

[*N. V. C. quia propositio est particularis. At valet Socrates fuit deformat. Plato non fuit deformat. Ergo Plato non fuit Socrates. Quia propositio est singularis sive propria.*]

III. In secunda figura tantum fiunt Syllogismi negativi.

In secunda figura conclusio semper sit negativa.

In secunda figura ne sint meræ affirmantes.

In secunda figura ex puris affirmativis nihil sequitur.

In secunda figura præmissarum altera negativa, ut, *V.C. Dialectica est ars. Sophistica non est ars. Ergo Sophistica non est Dialectica.* At non valet: *Omnes scelerati affliguntur. Paulus affligitur. Ergo est sceleratus. Quicquid placet Deo placet. Bona opera Deo placent. Ergo bona opera justificant. Quia præmissæ sunt meræ affirmantes.*

[Nota. Cùm termini sunt reciproci in propositione, conclusio affirmata in secundâ figurâ esse potest non quidem ratione formæ syllogisticæ, sed per accidens, quia isti Syllogismi potestate sunt in primâ figurâ. ut, *Omne animal sentit. Omnis homo sentit. Ergo omnis homo est animal.* Inverte propositionem & Syllogismus erit in prima figura. ut, *Omne quod sentit, est animal. Omnis homo sentit. Ergo omnis homo est animal.*]

IV. Secunda figura ad refutandum utilis commodatissima.

[Ratio est, quia in hoc figurarum schemate fit distinctio oppositorum, & separantur ea, quæ non conveniunt in tertio.]

#### ELENCHUS SECUNDÆ FIGURÆ

Committitur I. quando propositio est particularis. ut, *Quoddam animal est homo. Nullus asinus est homo. Ergo nullus asinus est animal.*

II. Quando Syllogismi affirmati sunt in secunda figura, ut, *Asinus habet aures. Tu habes aures. Ergo tu es asinus. Caper habet barbam. Sartor habet barbam. Ergo Sartor est caper. Omnis homo est bipes. Omnis gallina est bipes. Ergo omnis gallina est homo.*

Sic fuit & secunda figura, superest Tertia.

## CAPUT XIX.

1. **TERTIA** Figura Syllogismi simplicis est, in qua argumētum tertium (*medius terminus*) est pars antecedens (*subjectum*) in utraque præmissa, hoc est, in propositione & in assumptione, cum conclusione semper particulari.

2. Modi ejus sunt octo: Duo universales, *Darapti*, *Felapton*: Quatuor particulares, *Disamis*, *Datisi*, *Bocardo*, *Ferison*. Quibus adduntur duo singulares sive Proprii.

3. Primus modus universalis affirmatus est *Darapti*; qui habet universalem propositionem & assumptionem, conclusionem particularem affirmatam. ut,

Da *Omnis fides in Christum beat.*

ia *Omnis fides in Christum est donum Spiritus sancti.*

pti. *Ergo quoddam donum Spiritus sancti beat.*

Hominem aliquando occidere licet. Quia *furem nocturnum*. Quædam confidentia est virtus, Quia *constantia*. Quædam artes multa fallunt, Quia *Medicinam*.

4. **Secundus** modus Negatus universalis



versalis est *Felapton*, qui propositionem habet universalem negativam, assumptionem universalem affirmativam, conclusionem particularem negativam: ut,

Fe *Nullum opprobrium in Spiritum sanctum remittitur.*

la *Omne opprobrium in Spiritum sanctum est peccatum.*

pton. *Quoddam ergo peccatum non remittitur.*

Quaedam confidentia non est virtus, ut *audacia*. Quidam locuples non est probus, ut *tyrannus*. Quidam ingeniosa inventa non sunt artes. Quia *proprietates* circulatorum.

[Observa hos duos modos priores dici à Ramo universales, quia premissas habent universales. Alii respiciunt conclusionem, ex eademque particulares estimant: Quia nullum syllogismum universaliter concludentem per se in tertia figura fieri contendunt.]

5. Tertius modus affirmatus particularis primus est *Disamis*; qui propositionem & conclusionem habet particulares affirmatas, assumptionem universalem affirmatam. ut,

Di *Quaedam charitas est sempiterna.*

sa *Omnis charitas est affectio. E.*

mis. *Quaedam affectio est sempiterna.*

Quoddam malum appetitur, ut *voluptas*. Quidam honorandi sunt pauperes, ut *docti*. Quedam voluptas congruit senibus. Quia *delectatio* eis congruit.

6. Quartus modus affirmatus particularis

particularis secundus est *Datifi*; qui propositionem habet universalē, assumptionem & conclusionem particulares affirmatas. ut,

*Da* Omnis sapiens est laudabilis.

*ii* Quidam sapiens est pauper. *E*.

*fi* Quidam pauper est laudabilis.

Quidam divites sunt servi, ut *stulti*. Philosophia Oratori est necessaria, quia est *cognitio virtutum*. Quædam incerta sunt perceptibilia. Quia *visum* est perceptibile.

7. Quintus modus negatus particularis primus est *Bocardo*; qui habet propositionem & conclusionem particulares negativas, assumptionem universalem affirmativam. ut,

*Bo* Quidam *esús carniū*, si scandalum affert, non est liber.

*car* Omnis *esús carniū* est res indifferens.

Ergo

*do* Quædam res indifferens non est libera.

Quædam calamitosa non sunt fugienda, ut *bella*.

Quidam justificati apud Deum non sunt fortunati, ut *pii*. Quidam salvandi non sunt divites, ut *sancti*.

8. Sextus modus Negatus particularis secundus est *Ferison*; qui propositionem habet universalem negativam, assumptionem particularem affirmatam, conclusionem particularem negativam. ut,

*Fe* Nullus *Pharisaismus* est dignus *caelesti* vitâ.

*ri* Quidam *Pharisaismus* est *justitia*.

*son.* Quædam *justitia* vitâ *cælesti* non est digna.

Quidam avari non sunt divites. Quia *egenti*. Quidam affectus non est vitiosus. Quia *natura* *conspicitur*. Barbari Philosophi aliquando non rectè dicunt. Quia *causare* dicunt.

9. Septimus modus seu specialis primus est proprius affirmatus, qui constat omnibus partibus affirmatis. ut,

*Abel* est pressus cruce.

*Abel* est sanctus. *E.*

Quidam sancti sunt pressi cruce.

Quidam Græcus est philosophus, ut *Socrates*. Quibus homicidium confessis concessa est vita. *Marco Horatio* interficienti sororem.

10. Octavus modus seu singularis secundus est proprius negatus, qui constat propositione & conclusione, negatus, assumptione affirmata. ut,

*Paulus* non fuit rejectus à Deo.

*Paulus* fuit Israëlita. Ergo.

Quidam Israëlita non sunt rejecti à Deo.

Quidam senes non amiserunt vocem canonicam. Quia *Cato* senex non amisit. Quidam Græcus non est Philosophus. Quia *Thersites* Græcus non est Philosophus.

TERTIA FIGURÆ sunt hi CANONES.

I. In tertia figura argumentum tertium pars antecedens in utraq; præmissa.

II. Tertia figura assumptio semper fit affirmata.

[Interdum assumptio est negata, propter reciprocationem non vi formæ, sed materiæ. ut, *Omnis homo est animal. Nullus homo est inanimatum. Ergo quoddam inanimatum non est animal.*]

III. Tertia figura semper fit processus à specie ad genus.

[Ratio est: quia posita specie necesse est poni genus (sed particulariter) & vicissim: Quicquid dicitur de specie, dicitur etiam de genere, (sed particulariter) ut, *Vendit Malvaticum. Ergo vendit vinum. Et contra, Remota una specie, non statim removetur totum genus. ut, Homo non est asinus. Ergo non est animal. Sic non sequitur: Iste vendit vinum. Ergo vendit Malvaticum. Genere enim affirmato non statim singulæ species affirmantur: sed sequitur. Omnia ruta tollit venenum. Omnia ruta est herba. (Hinc sequitur conclusio, in qua de herba quoque (genere) dicitur id quod de ruta (specie) dictum est, sed particulariter.) Ergo quaedam herba tollit venenum.*]

Itaq;

IV. Tertiâ figurâ conclusio debet semper esse particularis aut propria, nunquam universalis.

[Nota. Interdum conclusio est universalis, si propositio & assumptio sint reciproca, & tum Syllogismi sunt potestate in prima figura: vel infertur non vi formæ, sed materiæ, ut, *Omnis homo est animal. Omnis homo est ratione præditus. Ergo quicquid ratione præditum est, est animal.* Hic assumptio est reciproca. Convertitur igitur & Syllogismus erit in prima figura. *Omnis homo est animal. Quicquid ratione præditum est, est homo. Ergo quicquid ratione præditum est, est animal.*]

#### ELENCHUS TERTIÆ FIGURÆ

Committitur I. quando minor est negativa. ut, *Omni homo est animal. Nullus homo est asinus. Ergo quidam asinus non est animal.*

X 4

II. Si

II. Si conclusio est universalis. ut, *Omnis homo animal. Omnis homo est substantia. Ergo omnis substantia est animal.*

DE QUARTA FIGURA.

[Tribus his vulgaris figuris Galenus ejusq; sectatores dicunt quartam, in qua medius terminus prædicatur Majori & subicitur Minori. Verum absq; ulla manifeste necessitate. 1. enim ei non competit definitio Syllogismi, timaq; medii cum questione dispositio. Minor enim terminus præponitur majori. 2. Eadem est cum prima figura, cum ejus quasi crypsis. Licet enim subjectum in propositione prædicatum in assumptione disponi videatur, revera tamen potes sunt per crypsin inversa, & ad primam Figuram reduci. Id quod per singulos ejus modos facile ostendi poterit. Sunt autem modi quinque, quos alii aliter, nos Baramlip, Carammes, Diamptis, Fesapo, Eresiso, appellamus. In quibus observatis literis initialibus, B. C. D. E. & medius, & M. reductio facile animadverti potest. Initiales enim ostendunt modos primæ figuræ directos, ad quos reductio Medix significant conversionem. S. indicat axioma prædicatur vocali proximè precedente esse conversionem simplicem, universum in universum, particulare in particulare. P. significat conversionem ex parte, universum scilicet in particulare. M. significat transmudas esse propositiones. Assumptionem scilicet in propositionem, & contra,

I.

Ba. *Omnis homo est animal.*  
 ram. *Omne animal est substantia. E.*  
 lip. *Quadam substantia est homo.*

Reducitur ad I. modum primæ.

Bar. *Omne animal est substantia.*  
 ba. *Omnis homo est animal. E.*  
 ra. *Omnis homo est substantia.*

II.

Ca. *Omnis homo est animal.*  
 rem. *Nullum animal est lapis. E.*  
 mes. *Nullus lapis est homo.*

Redu

Reducitur ad 2. modum.

- Ce. Nullum animal est lapis.  
 fa. Omnis homo est animal. E.  
 re. Nullus homo est lapis.

## III.

- Di. Quidam homo est albus.  
 am. Omne album est mixtum. E.  
 pris. Quoddam mixtum est homo.

Reducitur ad 3. modum.

- Da. Omne album est mixtum.  
 ti. Quidam homo est albus. E.  
 i. Quidam homo est mixtus.

## IV.

- Fe. Nulla stella est corruptibilis.  
 fa. Omne corruptibile est elementare. E.  
 po. Quoddam elementare non est stella.

Reducitur ad 4. modum.

- Fe. Nullum corruptibile est stella.  
 ti. Quoddam elementare est corruptibile. E.  
 o. Quoddam elementare non est stella.

## V.

- Fre. Nulla stella est meteoron.  
 fi. Quoddam meteoron est Cometa. E.  
 fo. Quidam Cometa non est stella.

Reducitur similiter ad 4.

- Fe. Nullum meteoron est stella.  
 ti. Quidam Cometa est Meteoron. E.  
 o. Quidam Cometa non est stella.

Cum itaq; nulla sit hujus figura necessitas, consequentia  
 eadem obscura, natura contraria, in disputando exigua, me-  
 rito ad primam reducitur & supervacanea judicatur.]

Ahuc de Syllogismo Simplici sive Categorico, se-  
 quitur compositus sive hypotheticus.

## CAPUT XX.

Syllogismus compositus est, in quo  
 tota quæstio est pars altera propo-  
 sitionis.

sitionis compositæ: argumentum (tertium) est pars reliqua, quæ semper assumitur.

*Compositus dicitur, non quod ex pluribus Syllogismis sit compositus, aut quod omnes ejus partes sint compositæ (reliquæ enim, propositione excepta, simplices) sed à composita seu conjuncta propositione questionis cum argumento tertio dispositione. Totum enim quæstio conjunctim componitur cum argumento tertio.*

Hæc est ergo differentia inter Syllogismum compositum & simplicem. *Quod in Syllogismo composito quæstio in propositione cum argumento tertio disponitur: in Syllogismo vero simplici consequens tantum quæstionis præcipitur, Quæstio, An Petrus salvetur? affirmatur: quia creditur in Christum. Dispone totam quæstionem cum argumento tertio & habebis Syllogismum compositum: ut, Si Petrus creditur in Christum, in Christum credit. Assumo argumentum tertium & habebis assumptionem. Sed Petrus credit in Christum. Hinc quæstio concluditur: Ergo Petrus salvetur. Philippo Syllogismus hypotheticus est, qui constat ex propositione hypothetica, ex qua una pars assumitur, altera concluditur.*

2. *Assumere hinc est, ita repetere in assumptione alteram propositionis partem, sicut erat in ipsa propositione majori disposita, affirmantem sc. affirmantem, negantem verò negantem.*

3. *Tollere verò est specialiter contra dicere, hoc est, quod in propositione parte aliqua affirmatur negare: vel quod negatur affirmare: ut, Aut fidei justificamur, aut operibus. At non justificamur operibus.*

operibus. E. fide. Hic in assumptione tollitur sive negatur consequens, quod in majori fuit affirmatum.

[Idem ferè est concludere propositionis partem. Ea enim si fuerit affirmata affirmatè: si negata negatè in conclusione repetitur, ut, *Quæstio sit: An justificemur operibus. Negatur, Quia justificamur fide. hic argumentum tertium est affirmatum. Ergo & affirmatè assumitur. Quæstio est negata. Ergo & negatè concluditur hoc modo. Si fide justificamur, non justificamur operibus. At fide justificamur. E. non operibus. Vicissim The- ma sit affirmatum. Justificamur fide: argumentum tertium negatum: Quia non operibus. E. & negatè assumitur & thema affirmatè concluditur. Si non justificamur operibus, justificamur fide. Sed non operibus. E. fide.]*

Ejus sunt hi generales CANONES.

I. In Syllogismo composito semper necesse est totam quæstionem esse alteram propositionis partem: argumentum verò tertium alteram: ut,

*Si anima est mortalis, composita est ex elementis.*

*Sed non est composita ex elementis. E.*

*Non est mortalis.*

[*Obserua non tamen statim compositum esse Syllogismum, ubi propositio est composita. Possunt enim in Syllogismo simplici etiam enunciationes esse composita, ut: Quod aut homo est, aut bestia, animal est. Leo aut homo est, aut bestia. E. animal est. Sed Dispositio argumenti tertii hic respicienda est. vide explicat. definit. compos.]*

II. In Syllogismo composito propositio semper sit affirmativa, nunquam negativa: ut,  
N. V. C. *Non si Sol ortus est, dies est. Sed Sol ortus non est.*



non est. Ergo dies est. Falsum hinc concluditur quia propositio est negativa.

[Nota. Propositio Syllogismi compositi affirmativa est, si vinculum sit affirmatum, licet membra siue partes sint negatae. Nam duo simplicia argumenta negata conjunctione affirmatè conjungi possunt, & conjunctione vel disjunctio affirmata est, licet in membris negatio. ut, Si Christus non resurrexit, nos quoque non resurgemus. In exemplo hoc duo sunt axiomata simplicia: 1. Christus non resurrexit. 2. Nos non resurgemus. Haec negationes sunt ambo in sese: At negata non sunt copulativè, sed conjunctionis vinculo affirmata sunt. Quia hoc affirmatur, quod si nos resurrexerimus, Christus resurrexerit.]

III. Nonnunquam argumentum tertium unà cum antecedente quaestionis assumitur nonnunquam solum assumitur.

Cum antecedente quaestionis assumitur, si singularis quaeritur est notio. ut, Si anima est imago Dei, est immortalis. At anima est imago Dei. E. Anima est immortalis.

[Hic Imago Dei est argumentum tertium, & est notio aliqua singularis, (non enim est enunciatum, quod dicitur de notionibus singularibus ad minimum constat, siquidem neque negat neque affirmat,) & hoc argumentum est assumptum cum quaestione antecedente (anima) quod antecedente etiam intelligitur in consequente (immortalis sc. anima) tanquam esset expressum. Si anima est imago Dei, anima est immortalis. Assumitur itaque argumentum tertium cum quaestione antecedente ita: At anima est imago Dei. Unde pars propositionis reliqua concluditur. E. anima est immortalis. Par esto iudicium de his exemplis: Si Petrus credit, Petrus salvabitur: Si justificamur fide, non operibus.]

Solum repetitur, si argumentum tertium est integra enunciatio, per se alteram propositionem

sitionis partem constituens. ut: *Si bonum est appetendum, malum est fugiendum. Sed bonum est appetendum. Ergo Malum est fugiendum.*

[Thema hic est, malum esse fugiendum, argument. 3. Quia bonum est appetendum. Hic questionis antecedens in propositione non bis ponitur, sed argumentum tertium totum in assumptione repetitur, quia per se axioma integrum est. Alteram propositionis partem constituit.]

IV. Tertium argumentum seu medius terminus semper est assumptio, & altera pars propositionis ex qua sumitur.

#### ELENCHUS SYLLOGISMI COMPOSITI

Committitur in genere, si connexionis aut disjunctionis ratio antecedentis & consequentis partis in propositione Syllogismi compositi dari firma non potest.

[Ratio enim consequentia in Syllogismo composito consistit in illa conjunctione aut disjunctione.]

ut: Si bona opera non possunt abesse à fide, bonis operibus justificamur. Sed prius est verum. Ergo & poteris.

Syllogismus compositus vitiosus est, quia nulla potest dari ratio connexionis. Non enim omnia quæ conjuncta sunt, etiam conjunctim agunt. Sine apertione valvarum lux in conclave non potest spargi. At propterea apertio valvarum est causa lucis.]

Sic non sequitur. Hæc res aut est alba, aut cærulea. Sed non est alba. Ergo cærulea.

[Ratio enim disjunctionis est insufficiens, quia potest esse nigra, viridis, &c. Ideo & conclusio firma esse nequit.]

4. Syllogismus compositus est vel Connexus vel Disjunctus.

5. Syllogismus connexus est Syllogismus

gismus compositus, cujus propositio est connexa. Connexiva autem propositio est, quæ habet appositam conjunctionem *Si*: quæ & *Conditio dicitur*: *de à Philippo* *Conditionalis appellatur.*

Ejus sunt hi generales CANONES.

I. In Syllogismo connexo evidentius signum est particula connexiva *Si*: sed tantum Syllogismus connexus est, etiam absq; conditionali illa: ut, *Orto sole necesse est in hanc parte vrio etiam diem esse. Sed jam ortus est. Ergo, pro eo, Si sol ortus est.* Postquam homo privatur imagine Dei, non amplius eam habet, id est, homo.

II. Interdum propositio in connexione stat relatione temporis sine conjunctione Grammatica. ut: *Quando homo currit moritur. Sed currit. E.* id est, *Si homo currit.*

III. Quidam connexi possunt etiam simpliciter concludi, quidam non: ut, *Si discipulus Christi es, amare debes fratres. Sed es discipulus, &c.* Simpliciter ita: *Discipulus Christi debet amare fratres. Tu es discipulus Christi. E.*

IV. Interdum nec antecedens, nec consequens connexi assumitur, sed contrarium concluditur contrarium: ut, *Si nox lucet, tunc mine est perfusa. At tenebris scater. E.* *perfusa non est.*

V. Nonnunquam dispositio Syllogismi connexi est cryptica & contracta: ut, *Si Deus est, saluabitur*

est animus, ut cerè est, nobis colendus est. Hic propositio est. Si Deus est animus, nobis colendus est. Assumptio latet in his verbis: ut cerè est, pro: At Deus est animus. E.

VI. In connexo aliquando non idem, sed majus assumitur, quam erat in antecedente parte propositionis propositum: Sed in tali amplificatione majus continet in se vim minoris; ut,

Si princeps scortationem prohiberet, fugienda est. At Deus ipse prohibet. Ergo multò magis fugienda est.

[Est Syllogismus connexus, quia sub se continet majora & minora. Quasi dicas. Si, cum princeps scortationem prohibet, fugienda est, quanto magis si Deus prohibet, fugienda erit. Sed prius est. Ergo & posterius.]

6. Estq; duorum modorum primi vel secundi.

[Intellige esse modos constantiores & evidentiores. Sunt interim dari plures connexi modi. Si partes propositionis inter se reciprocantur; vel si propositio est affirmativa: Ita connexio est A positione consequentis ad positionem antecedentis. ut, Si homo est, etiam rationalius est. Sed ratiōe pradius est. E. Vicissim: A destructione antecedentis ad destructionem consequentis. ut, Si ex mundo essetis, mundus vos amaret. At ex mundo non estis. E. vos non amat. Qui tamen concludunt non in forma, sed materia, per reciprocationem.]

7. Primus Modus Syllogismi connexi est, qui assumit antecedens & concludit consequens. ut, Si Petrus credit, salvabitur. Assume & (affirmatè) repetè hanc partem hujus propositionis antecedentem & ha-

& habebis assumptionem. *Sed Petrus crederetur*  
 Ex his conclude reliquum. *Ergo Petrus salu-*  
*bitur.* Exempla alia.

Sumus hæredes regni cœlorum: Quia filii. *Marta*  
 non est saltator: Quia non est luxuriosus. *Diabolus*  
 Quia divinatio est. Sapiens suis rebus est contentus.  
 Quia dives.

*Esse nihil dicis, quicquid petis, improbe Cynna,*  
*Si nil Cynna petis, nil tibi, Cynna, nego.*

Compendium sive λογος  $\Theta$  concludens  
 hoc modo per certas formulas adhiberi potest.  
*Sed illud: igitur hoc. Sed prius est verum. Ergo & posterius.*  
*Verum antecedens. Ergo & consequens.*

Connexi primi modi est hic CANON.

In Syllogismo connexo primo A positio-  
 ne (assumptione, repetitione in assumptione) ante-  
 cedentis ad positionem (conclusionem) con-  
 sequentis valet consequentia, sed non in-  
 versa. ut, *Si mors extinguit animam, negligens*  
*est: Si eternam relinquit, optanda. Atqui*  
*extinguit, vel eternam relinquit. Ergo aut ne-*  
*genda aut optanda est.*

At non contra: à positione seu assump-  
 tione consequentis ad positionem antecede-  
 ntis valet consequentia, ut. *Si Mopsus est doctus*  
*est homo. Atqui est homo. Ergo est doctus.*

[Fieret enim merè affirmans in secunda figura si reduc-  
 tur ad Categoricalum. At si propositio est reciproca, potest  
 etiam assumi consequens, & concludi antecedens.  
 Si homo est, loqui potest. At loqui potest. E. Propositio enim  
 est convertibilis.]

#### ELENCHUS

igitur Syllogismi connexi primi est, cum consequens  
 assumitur ad concludendum antecedens. ut, *Si quilibet*  
*mo, est animal. Sed est animal. E. est homo.*

8. Secundus modus Syllogismi con-  
nexus est, qui tollit consequens, ut tollat  
antecedens. *Dicitur aliis Conditionalis*  
à Consequenti.

Tollere hic consequens, est specialiter ne-  
gare consequentem propositionis partem.

Tollere Antecedens est negare alteram  
propositionis partem antecedentem.

Quæstio est, *An per legem justificemur?* negatur. Quia  
Christus frustra mortuus esset. Conjunge quæstionem  
cum argumento proposita particula *Si*, & habebis  
propositionem. ut, *Si per legem justificaremur, tum Chri-*  
*stus frustra mortuus esset.* Tolle in assumptione partem  
posteriorem propositionis, hoc est, contradic seu ne-  
gillam hoc modo: *Sed Christus frustra mortuus non est.*  
Abblata jam antecedente, tollitur etiam consequens.  
*Ergo per legem non justificabimur.*

Ita disponantur & hac exempla: *Lucretia non est ad-*  
*ultera; quia non consensit Tarquinio. Mulier non*  
*debet velari; Quia non tondetur. Sol non ortus est?*  
*Quia dies non est. Infantes sunt fidei capaces. Quia*  
*& Libani sunt participes.*

*Differt hic modus à primo. I. Collocatione argu-*  
*mentorum. Illic est in antecedente: hic in consequente.*  
*Illic quæstio est in consequente: hic in antecedente illic assu-*  
*mtur pars antecedens ut erat proposita: hic consequens assu-*  
*mtur negatè, & antecedens concluditur negatè. II. Modo*  
*assumendi. Illic assumitur pars prior & concluditur poste-*  
*rior; hic tollitur posterior ut tollatur prior. Alii & hujus*  
*totina faciunt modos quatuor. 1. Cum utraq; affir-*  
*mat: ut, Si sol ortus est, dies est. Sed dies non est. E. 2. Cum*  
*utraq; negat: ut, Si sol non est ortus, dies non est. Sed dies*  
*est. E. 3. Cum prior affirmat, posterior negat. ut, Si sol*  
*est ortus, non est nox: Sed est nox. E. 4. Cum prior negat,*  
*posterior affirmat. ut, Si sol non est ortus, nox est. Sed nox*  
*non est. E. Sol ortus est.]*

λογος & seu compendium concludetur hic est. *Non hoc: ergo illud. Secundum falsum: Ergo primum. Consequens falsum: Ergo & antecedens.*

Connexi Secundi est hic CANON.

A remotione ( destructione ) consequentis ad remotionem ( destructionem ) antecedentis valet consequentia. ut, *Si Lucretia est adultera, etiam Tarquinio consensit. Sed Tarquinio non consensit. Ergo nec adultera est.*

At non contra. A destructione antecedentis ad destructionem consequentis. v. c. ut, *Si homo, est animal. Sed non est homo. Ergo non est animal.*

[Fieret enim minor negans in prima figura, si recedatur. Si tamen propositio est reciproca v. c. a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. *Si homo est, rationalis est. At homo non est. Ergo non rationalis est.*]

### ELENCHUS

Syllogismi connexi secundi committitur I. Cuius antecedens tollitur ad tollendum consequens. Cum in assumptione non est contradictio specialis partis consequentis propositionis. ut, *Si omne animal est irrationale, omnis homo est irrationale. Sed nullus homo est irrationale. Ergo nullum animal est irrationale.*

[Hic assumptionis contradictio est universalis, non specialis, falsum igitur concluditur.]

Hactenus connexus, sequitur Disiunctus.

### CAPUT XXI.

I. SYLLOGISMUS Disiunctus est Syllogismus compositus, cuius propositio est disiunctiva.

Disiunctiva est, quæ habet præpositam particulam

articulam disjunctivam *aut, sive, vel,* hisq; æquivalentem aliam.

[At non propterea quilibet Syllogismus est disjunctus, cujus propositiones sunt disjunctivæ: sed is demum, qui habet compositam propositionem (ex argumento tertio & questione) disjunctivam. Differunt verò disjunctio & distributio. In disjunctio[n]e plus uno verum esse non potest: in distributione utrumq; verum esse potest.]

Ejus sunt hi generales CANONES.

I. In Syllogismo Disjuncto propositio sit paribus omnibus affirmata, ut, *Aut ex lege justificamur, aut ex fide. Sed non ex lege. Ergo ex fide.*

[In compositis reliquis requiritur quidem affirmatio propositionis, sed non partium propositionis. Potest enim propositio tota esse affirmata ex omnibus partibus negativis. Hic verò non propositionis solummodo rotius, sed & singularium partium affirmatio requiritur. Hic NOTA, cum propter vocabulorum inopiam sæpenumero partes disjunctive propositionis affirmativis vocabulis exprimi non possunt, cave etiã atq; etiã, ne tollendo decipiaris.]

II. In Disjuncto generalis consequentiæ ratio est, quia plus uno in eodem verum esse non potest.

[Fundamentum ex Disjunctorum axiomatum naturã pendit. Ad eò dicit Melanchol. Ad veritatem disjunctivæ falsæ alteram partem esse veram.] Itaq;

III. In Disjuncto membra sint necessaria & immediata, ut, *Aut ex lege justitia est; aut ex fide. Sed ex fide. E.*

IV. In Disjuncto membra non sint subordinata.



V. In disiuncto omnia membra perfecta & plenè enumerentur.

2. Syllogismi Disiuncti modi sunt duo: Generalis unus, specialis alter.

[ Dicitur alter generalis 1. quia qualibet contrarium hic valet, siue generalis, siue specialis. 2. quia assumitur cumque modo partes disiunctionis afficiantur, siue affirmatiue sint omnes, siue negatiue, siue mixtae. Specialis vero dicitur alter comparatè, quia non tam generalis est sicut prior, sed specialibus legibus adstringitur. ]

3. Generalis siue primus modus Syllogismi disiuncti est, qui tollit unum, & reliquum concludit, hoc est, qui si prius siue posterius negat tanquam falsum: alterum verò in conclusione affirmat, quam verum concludit.

*Questio sit. An iustificemur fide: aut operibus, aut utriusque. Respondetur: iustificemur fide: aut operibus, aut utriusque. Respondetur: iustificemur fide: aut operibus, aut utriusque. Respondetur: iustificemur fide: aut operibus, aut utriusque.*

Exemplum Contradictionis generalis. *omnis homo est rationalis, aut nulla bestia est rationalis. Sed omnis bestia est irrationalis. Ergo omnis homo est rationalis.*

Exemplum Contradictionis specialis. *omnis homo est rationalis, aut nullum animal est rationale. At aliquod animal est rationale. Ergo omnis homo est rationalis.*

[*Nota. 1. Si disjuncta partes propositionis plures fuerint duabus, una tantum in conclusione affirmatur, reliquæ negando tolluntur, vel una negabitur, reliquæ tandem disjunctivè repetantur, donec unicum tandem concludatur. ut, Animal illud aut est canis, aut asinus, aut equus, aut cervus. Sed neque est canis, neque asinus, neque equus. Ergo est cervus. Vel sic. Atqui non est Canis. Ergo vel asinus, vel equus, vel cervus est. Et iterum: Est vel equus, vel cervus. At equus non est. Ergo cervus est.*]

2. Pro disjunctione ponitur aliquando Propositio copulata negata. ut, *Non est bestia est Leo & homo. Non autem est homo. Bestia est. Copulatum enim negatum est simile Disjuncto, quia innuit unam tantum partem esse veram.*]

Disjuncti primi modi sunt hi CANONES.

I. In Disjuncto primi modi Assumptio <sup># 2 propositio.</sup> semper esto negata: Conclusio autem affirmata. ut, *Aut dies est, aut nox est. Sed nox non est. Ergo dies est. Aut homo est, aut bestia. Sed non est bestia. Ergo homo est.*

II. A remotione (negatione seu destructione) unius (partis, aut plurium) ad positionem (affirmationem vel affirmationem) reliquæ partis (quæ superest) V. C.

*Suprum afferens virgini aut ducat, aut dotet. Non ducet. Ergo dotabit.*

4. Specialis live secundus modus Syllogismi Disjuncti est, qui assumit unum & reliquum tollit: hoc est, qui è membris propositionis unum in assumptione affirmat, sive prius, sive posterius, reliqua in conclusione negat. ut,

*Aut fide justificamur, aut operibus, aut utroque.*  
*Sed solâ fide justificamur.* Hic in assumptione unum membrum propositionis affirmatae assumitur. Ergo reliqua duo negatè concluduntur. *Ergo non operibus, nec utroque simul justificamur.*

*Aut Mammona servendum est aut Deo. Sed Deo, non Mammonae.* Hic unum assumitur & tollitur alterum. *Ex lege non accepistis Spiritum, quia ex concione Evangelii. Prudentia non est vitium, quia est virtus.*

Ejus sunt hi CANONES.

*I. In Syllogismo disiuncto secundi membri assumptio semper esto affirmata. Conclusio sit negata.* ut, *Aut Deus vult omnes homines salvos fieri, aut Christus pro paucis tantum mortuus est. Atqui Deus vult omnes homines salvos fieri. Ergo Christus non pro paucis mortuus est.*

*II. A positione unius ad destructionem aliarum partium valet consequentia.*

[Ratio, quia plus uno verum esse non potest.]

ut, *Aut dies est, aut nox, aut crepusculum est. Sed dies est. Ergo non nox, nec crepusculum est.*

### ELENCHUS SYLLOGISMORUM disiunctorum

*Fit I. in genere, quando propositio non est omnibus partibus affirmata.* ut, *Imagines aut non sunt adoranda, aut adoranda. Atqui non sunt adoranda. Ergo sunt adoranda.*

*II. Quando membra non sunt necessaria & intermediaria.* ut, *Aut potiar, aut non potiar. At potiar. Ergo non potiar.*

[Membra non sunt necessaria, quia datur medium, potiar enim neutrum contingere.]

*III. Quando membra disjunctionis sunt sub-*

ternæ vel subordinata, ut, *Socrates aut est homo, aut est animal. Sed est homo. Ergo non est animal. Aut à Deo habemus eruditionem, aut à praeceptoribus. Sed à praeceptoribus. Ergo non à Deo.*

[*Hic disjunguntur subordinata, quæ tamen conjungi ac subordinari debebant.*]

IV. Si tertium aut quartum membrum in disjunctione possit dari, quod omissum est, Syllogismus vitiosus est, ut, *Bona opera aut sunt facienda, ut eis mereamur vitam æternam, aut omittenda. Atqui non sunt facienda, ut eis mereamur vitam æternam. E. omittenda.*

[*N. V. C. ob insufficientem in disjuncto finium enumerationem. Facienda enim bona opera tum propter mandatum, tum gloriam Dei, tum ut proximum juvemus & fidem nostram demonstremus, &c.*]

## APPENDIX DE REDUCTIONE.

1. Syllogismis tum simplicibus tum compositis accidit ἀναγωγή sive Reductio.

2. Reductio est Syllogismorum secundæ & tertiæ figuræ per primam, & compositorum (Syllogismorum) per simplicem (Syllogismum) demonstratio.

[*Omnes quidem Syllogismi simplices habent necessitatem illationis, sed tamen non æquæ conspicuam. In prima figuræ omnium est evidentissima, quia congruit ad dictum de omni, & nullo. At quia dictum de omni & nullo secundæ & tertiæ figuræ non adaptatur, fit, ut in iisdem iudicium de consequentia aliquando sit ambiguum, aut obscurum. Ideoque propter majorem evidentiam disponuntur Syllogismi primæ & secundæ figuræ juxta formam primæ, non ut necessitatem suscipiant, ut inquit Zabarella; sed ut earum necessitas conspicua fiat. Sit Syllogismus, exempli gratia, tertiæ figuræ: Omnis stultus insanit. Omnis stultus est servus. Quidam ergo servi insaniunt. In hoc quidem est necessitatis illatio: fit tamē illa, si ad primam reducatur figuram, evidentior hoc modo: Omnis stultus insanit. Quidam servi sunt stulti. E. Quidam servi insaniunt.]*

3. Estq; vel Directa, qua & ostensiva dicitur, vel directa.

4. Directa est, quæ fit conversione, vel conversione & transpositione simul.

[Conversionis, transpositionis ista & reductio, ut facilius percipiatur Consonantes in vocabulis Modorum sunt observanda. Initiales B. C. D. E. indicant, ad quem modum per figuram quis secunda vel tertia sit reducendus, illum scilicet cum quo initialem communem habet. Ita ad Barbara reducitur Baroco & Bocardo: ad Celarent, Celare & Cameses, ad Darii, Darapti, Datisti, Disamis: ad Festino, Felapton, Ferison. Consonantes mediae S. P. M. C. qua ratione seu instrumento Reductio fit inferenda, nempe juxta versiculum,

S. vult simpliciter verti. P. verò per acci:

M. vult transponi. C. per impossibile duci. Præterea de 4. figura.

## EXEMPLA.

## I.

Ce N. lapis est animal.  
fa O. homo est animal. E.  
re. N. homo est lapis.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

Ce N. animal est lapis.  
la N. homo est animal. E.  
rent. N. homo est lapis.

## II.

Ca O. homo est animal.  
me O. lignum est animal. E.  
stres. N. lignum est homo.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

Ce N. animal est lignum.  
la O. homo est animal. E.  
rent. N. homo est lignum.

## III.

Fe N. lapis est animal.  
fti Q. corpus est animal. E.  
ao. Q. corpus non est lapis.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

- Fe N. animal est lapis.  
 ti Q. Corpus est animal. E.  
 o. Q. corpus non est lapis.

## IV.

- Da O. homo est mortalis.  
 ra O. homo est animal. E.  
 pu. Q. animal est mortale.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

- Da O. homo est mortalis.  
 ti Q. animal est homo. E.  
 i. Q. animal est mortale.

## V.

- Fe N. planta sentit.  
 la O. planta vivit. E.  
 pton. Q. vivens non sentit.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

- Fe N. planta sentit.  
 ti Q. vivens est planta. E.  
 o. Q. vivens non sentit.

## VI.

- Dif Q. animal est homo.  
 am O. animal est substantia. E.  
 is. Q. substantia est homo.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

- Da O. animal est substantia.  
 ti Q. homo est animal. E.  
 i. Q. homo est substantia.

## VII.

- Da O. animal est substantia.  
 tif Q. animal est homo. E.  
 i. Q. homo est substantia.

Reducitur ad modum 1. Figuræ

- Da O. animal est substantia.  
 ri Q. homo est animal. E.  
 i. Q. homo est substantia.

## VIII.

- Fe N. animal est lapis

ri. *Q. animal est album. E.*

on. *Q. album non est lapis.*

Reducitur ad modum 1. Figura

Fe N. *animal est lapis.*

ri. *Q. album est animal. E.*

o. *Q. album non est lapis.*

5. *Reductio indirecta est, quâ evidentiam modorum Baroco, & Bocardo absurditate contradictionis admodum tendæ demonstramus.*

[Reductio ista fit hoc modo. Sume conclusionem ab adversario negata contradictoriam, & in assumptione, si sit Baroco, vel propositione, si sit Bocardo, repono: Inde emerge conclusio alteri præmissarum, quas adversarius concesserat contradicens: adeoq; cogitur adversarius, ut neget præmissam prius concessam, vel in reducendo recte conclusum fuisse, fateatur. ut,

Ba O. *honestum est licitum.*

ro. *Q. voluptas non est licita. E.*

co. *Q. voluptas non est honesta.*

Concessis præmissis neget quis conclusionem. Tu contradictoriam ejus pone loco assumptionis, ejusdemq; (assumptæ) contradictoriam in Barbara conclude hoc modo.

Bar O. *honestum est licitum.*

ba. O. *voluptas est honesta. E.*

ra. O. *voluptas est licita.*

Hæc conclusio cum contradicat Assumpt. prius concessam, necessum est, ut adversarius fateatur Syllogismi prioris conclusionem fuisse bonam, aut se illius assumptionem male concessisse.

Bo. *Q. bella non sunt fugienda.*

car. O. *bella sunt misera. E.*

do. *Q. misera non sunt fugienda.*

Loco majoris pone contradictoriam conclusionis & ejusdem (propositæ) contradictoriam conclude in Barbara sic:

Bar O. *miserum est fugiendum.*

ba. O. *bella sunt misera. E.*

ra. O. *bella sunt fugienda.*

6. *Reductio compositorum est, qua Syllogismi educti*

positi ad simplices reducuntur. Sic connexus I. modi  
reducitur ad primam figuram. ut,

*Signus est elementum, est corpus simplex.*

*Aqui est elementum. E.*

*Bar. Elementum est corpus simplex.*

*ba. Ignis est elementum. E.*

*ra. Ignis est corpus simplex.*

Connexus II. modi reducitur ad secundam figu-  
ram hoc modo:

*Si Sancti demortui sunt invocandi, res nostras sciunt.*

*Aqui res nostras non sciunt. E.*

*Cam. Invocandi res nostras sciunt.*

*et. Sancti res nostras non sciunt. E.*

*tes. Sancti non sunt invocandi.*

Disjuncti Syllogismi possunt reduci ad primam,  
hoc modo:

*Aut dies est, aut nox est. Fe. Dies non est nox.*

*Sed dies est. ri. Nunc est dies. E.*

*Ergo nox non est. o. Nunc non est nox.*

[Verum cum Reductio aliud nil quam errorum corre-  
ctio videatur, ut loquitur Libavius, qui argumentorum na-  
turam perfecte cognitam habent, eadem non usq; indigent.  
Hinc ignoretur  $\omega$ s  $\epsilon\upsilon$   $\tau\upsilon\omega\omega$  adicere voluimus.]

Hucusq; de Syllogismo Manifesto, ejusq; specie-  
bus, superest Crypticus.

## CAPUT XXII.

I. Syllogismus Crypticus est, cujus  
naturalis dispositio certis cryp-  
tibus occultatur vel immutatur.

[Naturalis dispositio hæc est, ut singuli Syllogismi  
consistat partibus duabus, antecedente (sive propositione &  
assumptione, & consequente (conclusionem:). Quodcumq;  
partium harum aliqua omittitur, vel occultatur, vel  
invertitur ac immutatur, vel deniq; amplificatur & auge-  
tur, ista amplificatio, occultatio, & inversio dicitur cryptis, seu  
Syllo-



*Syllogismus crypticus: dicitur aliàs occultatus, vel non manifestus. Aristotelicis Synecdochicè Imperfectus, cuius imperfectio Enthymemati propriè competat. Cryptis verò illa communis Syllog. affectio, vel passio, vel accidens.*

2. Estq; triplex, Enthymema, Pro syllogismus, & Syllogismus inversus.

[*Divisio à Crypticis proprietate sumitur. Enthymema enim est vel in defectu, vel in redundantia, vel partium inversione. Quando ergo una pars deest, dicitur Enthymema, cui annumeramus Inductionem & Exemplum. Quando partes redundant, dicitur Pro syllogismus, cui annumeramus Soritem & Dilemma. Quando invertuntur, dicitur inversio sive Syllogismus inversus.*]

3. Enthymema est Syllogismus imperfectus, cui pars aliqua deest, sive sit propositio, sive assumptio, sive conclusio.

[*Nota. Dico aliqua, sive una. Nam si duae partes deessent, & una tantum residua, nec Syllogismus, nec Enthymema esset.*]

Omne Enthymema habet duas partes, quarum prior *Antecedens*, posterior *Consequens* dicitur.

[*Dicitur autem Enthymema ab ἐπιθύμησι, id est, cogito, delibero. quoniam reservatur una praemissa cogitanda in mente. Desinitur autem Syllogismus imperfectus, non essentialiter, sed accidentaliter. Aristoteles autem aliqui perfectum nominat. 1. non ratione formae, sed materia. 2. quia facile ad perfectum revocari potest. 3. ratione mentis. In mente enim ejus qui profert, perfectus est.*]

4. Enthymema est vel syllogismus simplicis, vel compositi.

5. Enthymema syllogismi simplicis est, cum vel antecedens, vel consequens pars conclusionis repetitur in antecedente Enthymematis : ut, *Tyrannis est violenta. Ergo Tyrannis non est perpetua. Avarus timet. Ergo avarus non est liber. Bona sunt expetenda. Ergo & virtus expetenda est. Omnis insidiator iure occiditur. Ergo Clodius iure occisus est.*

[Hic in duobus prioribus exemplis subjectum ( Tyrannis, Avarus : ) in posterioribus predicatum conclusionis ( expetenda, occisus ) in antecedente repetitur.]

Quod si subiectum conclusionis non apparet in antecedente, deest Assumptio, sive propositio Minor : Si predicatum non apparet, deest propositio Major. ut, *Omnis tyrannis est violenta. Ergo nulla tyrannis est diuturna.* Deest propositio major, quia predicatum conclusionis ( *diuturna* ) non est in antecedente. *Animal sentit. Ergo & homo sentit.* Deest minor, quia subiectum ( *homo* ) non apparet in antecedente.

[Ratio est ; Quia semper subiectum quæstionis sive conclusionis disponitur cum argumento tertio in assumptione. Prædicatum verò cum argumento tertio in propositione. *Observa hinc duo* I. hæc tantum esse intelligenda de Enthymemate Syllogismi simplicis. ( Nam in Enthymemate Syllogismi compositi semper propositio major deest. ) II. Interdum in Enthymemate simplici deesse conclusionem. ut, *Verus luctus est occultus. Fletus Gellie non est occultus.* Hinc adde conclusionem, & Syllogismus integer erit, *Ergo fletus Gellie non est verus.*]

6. Enthymema Syllogismi compositi est, cum neutra pars conclusionis repetitur in antecedente Enthymematis, & fit solum ex assumptione & conclusionis. ut, *Virtus est appetenda. Ergo vitium est fugiendum.*

Hic quaestio est, *an vitium sit fugiendum.* Hujus compositionis neutra pars neque antecedens (*vitium*) neque consequens (*fugiendum*) repetitur seu ponitur in antecedente Enthymematis. Ergo concludes esse Syllogismi compositi Enthymema. Idem judica de his. *Parum est bona. Ergo bellum est malum. Iustificamur fide. E. non peritibus.*

Discrimen Enthymematis simplicis & compositi hoc est. *Simplicis fit* 1. vel ex assumptione & conclusionis, vel ex propositione & assumptione. 2. Conclusionis pars altera semper in antecedente repetitur. *Compositi fit* 1. tantum ex assumptione & conclusionis. 2. Nunquam pars conclusionis in antecedente repetitur.

[Aliquando tamen etiam in composito deest assumptione, & ponitur propositio, sed rarissime. ut, *Scite hominem esse, memineris casus humanos aequamente ferendos esse. Itaque boni consule fortunam presentem.* Deest assumptio: *Atqui scis te hominem esse.* Conclusio vero *E. casus humanos ferendos aequamente memineris, aequamente boni consule, &c.* quod notavit Dn. Libav. Dial. lib. I. 582.]

7. Enthymemati subjicitur inductio & exemplum.

[Inductio & Exemplum considerantur dupliciter. 1. ut sunt argumenta simplicia, & sic pertinent ad Topiceam. 2. ut sunt argumentationes Enthymematice, & sic pertinent ad Criticam.]

8. Inductio est Syllogismus imperfectus, in quo ex collectione singulariū inferitur universale; ut, *Grammatica usu comparatur, Rhetorica usu comparatur: Item, Dialectica, Arithmetica* (hactenus anteceds.) *Ergo omnes artes usu comparantur. Vinum Rhenanum calefacit. Item Hungaricum, Francicum, Gallicum, &c. Ergo omne vinum calefacit.*

Inductionis sunt hi CANONES.

I. Inductio debet colligere omnia singularia.

[Si enim quædam omittantur, vitiosa est.]

II. Cùm singularia sint infinita, sufficit induxisse præcipua, addita formulâ hac, *Nec potest dissimile exemplum inveniri*, qua brevitate gratia reliqua implicitè denotantur; *Petrus est bipes. Antonius est bipes. Nicolaus est bipes: Nec potest dissimile exemplum dari: Ergo omnes homines sunt bipedes. Glyceriza profuit Julio, Sempronio, Joanni & aliis quàm plurimis tussientibus. Ergo Glyceriza medetur tussi.*

[Licet per accidens homo quis bipes non sit, aut glyceriza alicui remedium non attulerit, inductio tamen non tollitur. Similiter quando exemplum insolens, rarum, novum & prorsus inusitatum objicitur.]

III. Inductio debet vacare æquivocatione.

IV. In inductione si addatur assumptio, Syllogismus inductivus perfectus est. ut,

*Petrus, Paulus, Antonius, Nicolaus sunt bipedes. Petrus, Paulus, Antonius, Nicolaus sunt homi-*

homines. Ergo omnes homines sunt bipedes.

[Vbi in tertiâ figurâ concluditur universaliter, vi maiestatis, non vi formæ.]

V. Fundamentum Consequentia in inductione est I. Quod individuorum collectio nihil aliud est, quam generalis enunciatio. Quod partes simul sumptæ sunt realiter idem cum toto.

#### ELENCHUS INDUCTIONIS

Committitur I. quando non omnes partes singulæ species inducuntur. ut, *Petrus fuit electus, Item Andreas, Iacobus, Philippus, &c. Ergo omnes Apostoli fuerunt electi.*

[Inductio vitiosa est, quia Judas Ischarioth non fuit electus.]

*Sic Athanasius, Ambrosius, Hieronymus, &c. fuerunt cœlibes. Ergo omnes Episcopi sunt cœlibes.*

[Inductio vitiosa est, quia Nazianzenus, Pappianus & alii Episcopi non fuere cœlibes.]

II. Cùm æquivocatio est in Inductione: *Sic argumentabantur Iudæi, Johan. 8. contra Christum: Abrabam est mortuus, & Prophetæ sunt mortui. E. falsum est, neminem gustaturum mortem in æternum, qui sermonem tuum seruetur.*

[Homonymia est in voce *mori*: Iudæi de morte temporali, Christus de morte æterna intelligebant.]

9. Exemplum est Syllogismus imperfectus, quo singulare unum per aliud ejusdem generis singulare proprium similem rationem confirmatur: *Sicut quæstionis singularis medium (argumentum tertium) sumitur ab exemplo singulari. ut, *Israélite puniti sunt, propter**

idolatriam & scortationem. Ergo & nos puniemur.

[Hic similis est ratio, quia similia peccata puniuntur similibus pœnis.]

Abrahamus fuit fide justificatus. Ergo etiam creaturis alii.

[Quia semper fuit, est, & erit una & eadem justificationis ratio.]

Bellum Thebanorum contra Phocenses fuit malum. Ergo & bellum Atheniense contra Thebanos fuit malum.

[Hic ratio eadem est, quia utrumq; bellum contrarium fuit, qualia solent esse mala. Nota. Si argumentum ipsum spectatur, exemplum pertinet ad inventionem, sc. ad locum Parium, vel Similium, vel Speciem. Si verò ipsa argumentatio spectatur pertinet ad species Enthymematum.]

Ejus sunt hi CANONES.

I. De exemplis paribus & similibus idem est iudicium. ut, *Abraham fuit fide justificatus.*

*Ergo & alii fideles justificantur fide. Absolon filius rebelis gravissimè punitus est. Ergo & alii rebelles filii graviter punientur.*

[Nota vis inferendi ab exemplo pendet à Paribus & similibus. Quæ itaq; ratio consequentiæ est in istis, etiam in hoc.]

II. In Exemplis necesse est, ut individua sunt eisdem generis, hoc est, contineantur sub aliquo simili & universali.

Itaq;

III. Cùm dissimilis est factorum, perlocutionum & circumstantiarum ratio, non v.c. ut: *Paulus persecutor Ecclesiæ fuit receptus in gratiam. E. & Julianus Apostata.*

Z

[Dissi-

[ *Dissimilis est circumstantia*, Quia Paulus singulariter a Deo conversus pœnitentiam agens recepit: Julianus verò non. ]

IV. Non exemplis, sed legibus iudicandum est, ut, n. v. c. *Absolon persecutus est patrem suum*. Ergo idem licebit aliis. Loth consuevit cum filiis suis. Ergo & aliis licebit. Helias quinquaginta dies & noctes jejunavit, item Moyses, & Christus. Ergo & nos. Dissimilis est ratio & personarum: Duo cum faciunt idem non est idem. *Israëlita surripuerunt Aegyptiis vasa*, Ergo & nobis licebit.

#### ELENCHUS EXEMPLI

Committitur, cum dispar exemplorum ratio pari adducitur, vide Canon. 3.

Hæc de Enthymemate, sequitur Prosyllogismus

#### CAPUT XXIII.

I. **P**rosyllogismus est cryptis syllogismi, cum præter propositionem assumptionem & conclusionem Syllogismi principalis aliquid accedit.

Dicitur Prosyllogismus, quasi ad syllogismus accessio syllogismi, vel aggressio rei probanda. Differt tamen Prosyllogismus & prosyllogismus. Prosyllogismus est ratio præposita. Prosyllogismus est ratio postposita. Prosyllogismus est Syllogismi principalis probatio. Prosyllogismus est prosyllogismi probatio.

2. Est q; vel amplificans saltē, vel approbans.

[ *Divisio hæc ab officio Prosyllogismi desumpta est.* ]

3. Prosyllogismus amplificans est

quo vel propositio, vel assumptio, vel conclusio amplificatur, ad occultandam artificiosam dispositionem. ut, *Turbatus non bene utitur ratione. Sicut enim oculus turbatus & reliqua partes corporis totumque corpus a statu motum deest officio suo.*

[Hic propositio Syllogismi principalis amplificatur similitudine sumpta a partibus corporis perturbatis.]

*Sapienter autem optime utitur ratione. Sicut enim animus est, ratione recte uti.*

[Assumptio similiter ex animi proprio manere & sic illustratur.]

*Nunquam igitur perturbatus est.*

4. *Prosyllogismus approbans est alicujus præmissæ in principali Syllogismo, quæ in dubium vocatur, vel vocari possit, approbatio. ut, Imago Dei est immortalis. Nam mortale non potest esse imago immortalis. Anima est imago Dei, quia Moyses hominem ad imaginem Dei creatum esse ait. Anima igitur est immortalis.*

[Hic Prosyllogismi duo sunt Syllogismi principales: alter propositionis: ut, Si mortale non potest esse imago immortalis, certe anima quoque mortalis non erit. Sed prius est. Ergo & posterius: alter assumptionis: Si Moyses hominem ad imaginem Dei creatum ait, anima est imago Dei. Sed prius est. Ergo & posterius.]

5. Ad Prosyllogismum pertinet Sorites & Dilemma.

6. Sorites est Syllogismus imperfe-



ctus, in quo per enthymematicam progressionem præmissæ plures coacervantur, ita, ut ex parte primæ & ultimæ fiat conclusio.

*Dicitur Sorites à Græco σωρος, id est, acervus. Unde σωρήτης. coacervator, & σωρήσις. coacervatio. Cicero Syllogismum acervalem: gradationem Soriticam: alii coagmentationem Scholastici argumentationem à primo ad ultimum nominant.*

*Quod bonum est, id est optabile:*

*Quod optabile est, id est expetendum:*

*Quod expetendum est, id est laudabile:*

*Quod laudabile est, id est honestum. E.*

*Quod bonum est, est honestum.*

In Soritæ dispositione observanda duo.

I. Semper prædicatum primæ propositionis subjectum esse debet secundæ, & huius prædicatum tertiæ, & huius quartæ, &c.

II. Omnium autem extremum prædicatum primæ propositionis subjecto conjungi debet in conclusione.

[Sic optabile in allato exemplo, est prædicatum propositionis primæ. Hoc ergo sit subjectum propositionis secundæ. Expetendum est prædicatum propositionis secundæ. Fit ergo subjectum tertiæ, & ita deinceps. Prædicatum denique quartæ & ultimæ propositionis (honestum) conjungitur cum subjecto primæ propositionis (bonum) & inde efficitur conclusio. Sorites & Climax Rhetorica differunt. 1. Climax non repetit in conclusione principium, neque subjectum primæ propositionis cum prædicato ultimæ conjungit. 2. Climax Rhetor. respicit tantum ornatum orationis. Sorites verò illationem dubia questionis. Sic Afflicto patientiam. Patientia experientiam. Experientia sapientiam.]

Spem. Spes non confundit. *Hactenus est Climax sive gradatio Rhetorica. Coniunge postrema huius propositionis predicatum ( confundit ) cum subiecto prima ( afflictio ) Ergo Afflictio non confundit, Sorites Logicus erit.* ]

In Sorite hæ sunt Consequentia Regulae.

I. Ex quo sequitur antecedens, sequitur consequens: & quicquid sequitur ex consequente, sequitur ex antecedente.

[ *Exemplo Sorita prolato hac regula declarari potest.* ]

II. Quicquid de altero ut subiecta specie dicitur, & quicquid deinde de eo dicitur, quod de altero prædicatur, necesse est etiam de subiecta specie dici seu prædicari: ut, *Quia de homine prædicatur animal: de animali corpus vivens: de corpore vivente mixtum: De mixto substantia. Substantia quoque de homine dicitur.*

[ *Hic igitur est catena subordinatorum in eodem genere substantia.* ]

III. Quicquid est causa causæ, est etiam causa caulati.

[ *Vide hunc Canonem sup. l. I. fol. 50.* ]

*ut. In urbe regnat luxuries: Ex luxurie avaritia: Ex avaritia audacia, ex audaciâ omnia scelera oriuntur: Ergo ex Luxurie omnia scelera oriuntur. Huc pertinet & ista Apostoli gradatio, Rom. 8. Quos præscivit, hos & prædestinavit. Quos prædestinavit, hos & vocavit. Quos vocavit, hos & iustificavit. Quos iustificavit, hos & glorificavit. Ergo Quos præscivit, hos & glorificavit.*

Sorita sunt hi CANONES.

I. Sorites ad minimum constabit enunciationibus quatuor.

[ *Si enim tribus tantum constaret, nihil differret à Syllogismo manifesto. Non igitur Sorites est. Iste homo est Deus.*

Deus est creator coeli & terra. Ergo & iste homo est creator  
coeli & terra.]

II. Omnes Soritæ debent esse affirmati

Soritæ negativi sunt vitiosi. ut, Socrates est  
homo. Homo non est Leo. Leo est animal. Ani-  
mal est substantia. Ergo Socrates est substantia.

[Excipe. I. Si reliquæ præmissæ affirmantes sunt,  
ultima saltem negans est, Sorites legitimus est. ut,  
Rom 8. Afflictio parit patientiam. Patientia experientiam.  
Experientia Spes. Spes non confundit. Ergo afflictio non  
confundit. Socrates est homo. Homo est animal. Animal  
est lapis. E. Socrates non est lapis. II. Si negatio negati-  
vi connectitur in connexis, Sorites etiam legitimus  
est. ut, Si non est Deus, non est homo. Si non est homo, ne-  
brutum erit. Si non erit brutum, neq; terra, neq; elementa  
erunt. Ergo si non est Deus, neq; terra, neq; elementa erunt.]

III. Si una Soritis propositio sophisticata  
fortuita, vel falsa est, totus Sorites negatur. ut,  
Qui bene bibit, bene dormit. Qui bene dormit,  
non peccat. Qui non peccat, est beatus. Ergo Qui  
bene bibit, est beatus.

[Hic propositio prima & secunda contingentes  
sunt: cum & dormiens in somno peccare possit, & bene  
bentes non omnes bene dormiant, sed quidam admodum tur-  
bulenti sint. Sorites igitur integer Sophisticus est. Est etiam  
ex multis enunciationibus non aliter ac catena, ex multi-  
mulis connexus: uno igitur catena annula rupto, catena  
taliter defacatur, & Soritæ parte una falsa, totus refutatur.]

#### ELENCHUS SORITÆ

Committitur. I. Cum partes non necessariò  
herent: ut, cum confunduntur termini non subordinati  
ut, Homo est animal. Animal est genus. Genus est prædicatum

bile. Prædicabile est notio secunda. Ergo & homo est notio secunda.

[Hic confunduntur termini notionis prima & secunda.]

¶ Cum ex causis remotis & impropriis effectus colliguntur: seu: cum causæ per se commiscantur cum causis per accidens. Ex malis moribus orta bona leges. Bonæ leges sunt digna laude. Dignum laude est omnibus appetendum. Ergo & mali mores sunt appetendi.

[Hic confunduntur causæ per se & per accidens. Mali enim mores sunt causa per accidens bonarum legum. Bonæ verò leges sunt expetendæ per se.]

Quisquis laborat, fit dives. Qui dives, splendide vivit. Qui splendide vivit, fit libidinosus. Ergo qui laborat, fit libidinosus.

[Hic nulla est necessaria connexio propositionis, sed contingens.]

7. Dilemma est Syllogismus imperfectus, quo quæstio duobus argumentis immediatè contrariis, quorum alterum adversarius concedere necesse habet, concluditur; utrumvis autem adversarius concesserit, contra eum concluditur.

Dicitur Dilemma à dictis & λαμβάνω, quia est δι' λαμβανόμενον, hoc est, bis sumptum; & undique adversarium capiens: alias verò cornutus dicitur, quasi duobus cornibus utrinque feriens. Item Syllogismus Crocodilinus.

8. Ejus modi sunt duo.

1. Primus modus est, cum in principali Syllogismo utrumque argumentum contrarium cum quæstione ita disponitur, ut utroque negato quæstio negetur.

tur, & altera præmissarum dubia pro-  
syllogismo, quo utrumq; argumentum  
concluditur, approbetur. ut, *Si homines  
possunt legem Dei implere, aut electi eam imple-  
bunt, aut reprobis. Sed nec reprobis implent eam,  
alioqui non damnarentur: nec electi, alioqui non  
opus esset iis morte Christi. Ergo nulli homines  
implent eam.*

[*Questio hic est: an homines possint legem Dei im-  
plere. Negat. quia neque electi neque reprobis implere  
possunt. Syllogismus igitur principalis est. Si homines  
possunt implere legem Dei, aut electi eam implebunt,  
aut reprobis. Sed neq; electi, neq; reprobis. Ergo nemo ho-  
minum implebit. Assumptionis pars prior probatur hoc pro-  
syllogismo: Si reprobis implere possunt legem Dei, non  
damnarentur. Atqui damnantur. E. Posterior pars probatur  
per Prosyllogismo isto: Si electi possent implere legem  
Dei, non opus eis esset morte Christi. At opus est illis  
morte Christi. E. non possunt implere legem Dei.]*

10. *Secundus modus est, cum in prin-  
cipali Syllogismo alterum tantum ar-  
gumentum contrarium concluditur,  
prosyllogismo autem præoccupatur &  
refutatur illud argumentum, quod ad-  
versarius contra assumptionem tan-  
quam contrarium objicere poterat. ut  
Si Titius improbus est, cur eo tam familiariter  
uteris? sin probus, cur eum accusas tam graviter?*

[*Syllogismus hic principalis est. Si Titius est probus  
non debes accusare eum. Atqui probus est. Ergo non  
debes accusare eum. Prosyllogismo anticipatur & confu-  
tatur obiectio adversarii contra assumptionem (atqui est im-  
probus)*

probus] & ita concluditur. Si Titius esset improbus, non eo uteris familiariter. Atqui uteris familiariter. Ergo non est improbus.]

Canon de DILEMMATE.

Si contraria, quæ disjunguntur in Dilemmate sunt immediata, & utrumq; est verum, & utrumq; non facit pro adversario, Dilemma firmum est. ut, *Si Papa est caput Ecclesie, aut iuri iure divino, aut humano. Non divino: Quia deo non extat testimonium in scriptura. Non humano: Quia nullus homo habet potestatem aliquam caput Ecclesie constituere. Ergo caput Ecclesie non est.*

Sic. Si Evangelista & Apostoli non omnia scripserunt ad salutem sufficientia, factum est illud, vel quia non potuerunt, vel quia non voluerunt: Vtrumvis autem dicas blasphemum est: Potuerunt enim, quia ad id vocati & instructi: Voluerunt: quia non invidi in electos Dei fuerunt.

ELENCHUS DILEMMATIS

Committitur. I. Si contraria non fuerint immediata, sed tertium, aut quartum membrum dari possit. Ita argumentabatur Bias. *Si uxor ducenda erit, aut erit ducenda formosa, aut deformis. Non formosa: Sic enim habebis communem. Non deformis: Sic enim habebis pœnam.* Ergo nulla ducenda erit.

[Sophisticum Dilemma est, quia disjunctum non est immediatum. Potest enim dari quæ sit mediocris, quæ vulgò statuta, vel forma uxoria appellatur, item quæ sit proba.]

II. Si Dilemma in ipsum adversarium retorqueri potest, dilemma est inefficax. ut, *Si prius exemplum ita iuraveras. Imò si deformem duxero, non habeo communem: Si formosam, non habeo pœnam.*

III. Si utrumq; membrum conceditur, tanquam nihil contra nos faciens, dilemma est inefficax. Ita argumentantur contra Christum Pharisei, *Aut Deo aut Ca-*

sari dandus est census. Si Deo, non Casari: Et ita reus est  
 Cesaree majestatis. Si Casari, non Deo: Et ita reus est ma-  
 jestatis divinae. Respondet Christus per concessionem utriusque.  
 Et Deo & Casari dandus est census. Deo, quia lex jubet:  
 Casari, quia jus belli jubet.

[Cum vis consequentia in Dilemmate pondeat ex mem-  
 brorum disjunctorum completa enumeratione, & vera utriusque  
 que sublatione: In confutando dilemmate medium inter duas  
 contraria est afferendum, vel id quod falsum est, est demon-  
 strandum, vel aliquid ex prolati stare à nobis contra adve-  
 sarium est ostendendum, idque in ultimum retorquendum, &c.]

Restat inversio seu partium trajectio.

## CAPUT XXIV.

I. **I**Nversus Syllogismus est Syllogi-  
 smus crypticus, in quo ordo natu-  
 ralis partium invertitur & transponi-  
 tur.

[Dicitur hac species Syllogismi cryptici inversio & tra-  
 jectio partium, quia naturalem ordinem partium Syllo-  
 gismi invertit & transponit. Naturalis ordo hic est, ut  
 primo loco ponatur propositio, deinde assumptio, de-  
 nique sequatur conclusio. Quando igitur vel assumptio  
 precedit propositionem, vel sequitur conclusionem, vel conclu-  
 sio precedit propositionem & assumptionem, vel medio loco  
 ponitur, vel propositio ultimo loco vel aliter ponitur & tran-  
 fertur, hac transpositio, inversio & trajectio partium dicitur  
 Syllogismus inversus.]

Exempl. Quicquid est Spiritus, in Spiritu et-  
 iam colendum. Ergo & Deus est colendus. Quia  
 Deus est Spiritus. Hic assumptio ponitur post  
 conclusionem. Homo est ratione praeditus. Ergo  
 est animal rationale. Nam quicquid ratione praedi-  
 tum est, illud est animal rationale. Hic propo-  
 sitio ponitur loco conclusionis.

Ejus est hic CANON.

Ut singula ordine judicentur in Syllogismo in huiusmodi partium traiectione pars quælibet in naturalem artis locum redigenda est, propositio scilicet in primum, assumptio in secundum, conclusio in tertium. ut,

*Quicquid est Spiritus, in Spiritu est colendum. Deus est Spiritus. Ergo in Spiritu colendus est. Quicquid ratione præditum est, rationale est. Homo est ratione præditus. Ergo homo est rationalis.*

Tantum de Syllogismis, eorundemque affectionibus, superest Methodus.

## Tabella Methodi.

Methodus est vel	Universalis	{	Synthetica.
			Analytica.
est vel	Particularis, est thematicis	{	Simplices.
			Coniuncti.

## CAPUT XXV.

**M**ethodus est dianoa variorum axiomaticum homogeneorum à generalibus ad specialia procedens.

[Methodus & aliàs rectam & compendiarium.]  
 Hic verò ordinem & dispositionem variorum præceptorum, enunciationum & axiomaticum in arte sive oratione aliquâ legitimam significat. Est verò Dianoa, deductio scilicet axiomatici ex alia. Ejus proinde materia sunt Axio-  
 mata, sive illa per se iudicio suo axiomatico clara, sive Syllogistica consequentia jam ante dijudicata sint. Ipse porro ordo & dispositio axiomaticum horum variorum homogeneorum, que pro natura sua claritate vel præponuntur vel postponuntur, Methodi forma est. Finis verò collocationis huius methodicæ à Ramo duplex innuitur. 1. ut facilius res ex eadem intelligantur. 2. ut memoriâ felicius comprehendantur. Vbi observe



observa duo. I. *Methodi doctrinam recte in Logica postpositam cum constet ex axiomatibus & Syllogismis.* II. *Sicut in axiomatico spectatur veritas & falsitas. In Syllogismo consequentia & inconsequentia, sic in methodo ordo & confusio.]*

Ejus sunt hi generales CANONES.

I. *Processus Methodi ordinem rerum naturalem imitetur. Naturam enim in ordinando sequimur, Arist. l. 1. Phys. text. 56.*

[*Interdum tamen neglecto ordine nature, sequimur ordinem doctrinae siue facilioris cognitionis, Zab. lib. 2. de method. c. 7. Ideoq; in doctrinis non semper a primis rei principis inchoandum, sed unde quis facilius discat, Perer. l. 1. cap. 11.]*

II. *In Methodo præcedant, 1. naturâ priora. 2. simpliciora. 3. notiora, manifestiora, clariora. 4. generaliora, universaliora, communiora: sequantur naturâ posteriora, composita, obscuriora, specialiora.*

[*Hic ergo canon unicus & perpetuus est Methodi naturalis unica, ut per se clarius præcedat, obscurius sequatur, quod absoluta notione primum est, primo loco disponatur, quod secundum secundo, quod tertium tertio, & sic deinceps, que verba sunt Rami l. 2. Dial. c. 17. Id verò naturâ notius, prius, illustrius est, quod 1. per se esse, intelligi & explicari potest sine aliis, alia autem sine hoc non, 2. quod pluribus inest 3. quod causam subiectivamve aliorum continet. Ita simplex prius est composito; littera prior syllabâ; Syllaba voce; vox oratione. Argumenti doctrina, doctrinâ axiomatis. Axiomatis prior, notior, clarior est doctrinâ Syllogismi & Methodi. Sic universaliora communiora sunt, ideoq; notiora: Specialiora siue singularia obscuriora sunt, ideoq; nota minus & clara, cum lucem ab universalibus accipiant: merito ergo illa antecedunt: hec consequuntur. Ex hoc Canone artium Methodus informatur.*

In illis

In illis enim. 1. Regula generalissima loco & ordine  
 prima erit (quia lumine & notitia prima, & per se absque  
 sequentibus intelligi potest.) 2. Subalternæ (qualucem ac-  
 cipunt à superioribus & impertiunt inferioribus) sequen-  
 tur. 3. Ex his naturâ notiores præponentur, minùs  
 notæ substituentur. 4. Specialissima è superioribus  
 deductæ tandem subjicientur (hac enim alia quibus lu-  
 cem suam impertiant, non habent. Quælia sunt singularum  
 Regularum exempla.) Sic ergo. 1. Definitio omnium  
 generalissima erit prima. 2. Distributio sequetur. 3.  
 Hæc si multiplex fuerit præcedet partitio integri in  
 sua membra. Sequetur distributio generis in suas spe-  
 cies. (Illa enim ex causis existit, hæc ex effectis.) 4. Partes  
 ipsæ & species eodem ordine rursus sunt tractandæ ac  
 definiendæ, quo distributæ fuerunt, Ram 1. 2. Dial.  
 c. 16. Pars nimirum prima pro lucis suæ claritate fa-  
 cta in distributione primo loco rursus est definienda,  
 distribuenda, subdividenda, si fert rei natura, & partes  
 factæ simili modo tractandæ, & exemplis illustrandæ.  
 Atque sic una parte absoluta ad secundam & tertiam,  
 &c. est progrediendum. E. g. In Grammaticâ primo lo-  
 co Definitio ponitur: Secundo partitio: tum definitio adhi-  
 betur prima partis Etymologia, in quâ doctrinâ literarum  
 (in quâ naturâ prior est universalior) prior erit doctrinâ syl-  
 labarum. Syllaba prior dictione: Dictio prior Syntaxi. Sic  
 in Dialecticâ doctrinâ argumentorum, ut quæ universalior,  
 præcedit doctrinâ axiomatum: axiomata, ut quæ univer-  
 saliora & natura priora, sequuntur Syllogismi; Syllogismum,  
 Methodus, &c. Sic Oratores quoties rem aliquam perspicue  
 dicere volunt, summam causam proponunt, propositam, si mul-  
 tiplex ea sit, in partes dividunt, ac deinceps ordine singulas  
 partes persequuntur. Quod pertinent partes Orationis Rhetor-  
 icæ; Exordium, Narratio, Propositio, Confirmatio, Confu-  
 ratio, Peroratio. Quarum quandoq; quadam omittuntur,  
 quandoq; omnes simul ponuntur, de quibus plura in Rhetor-  
 icis. Sic ergo primario à verum ordine, ordo doctrinæ duci-  
 tur. Arsenim naturam imitatur, 2. Phys. c. 1. & sicut se  
 habent res in esse, ita etiam in cognosci. 2. Metaph. c. 3.  
 & sunt

& sunt scientiæ mensuræ non mesurantes, sed à rebus mesurata, 3. *de anim. cont.* 38. Ita qualis est rerum ordo, talis est & doctrinarum ab universalibus ad particularia, a primis ad posteriora, à causis ad effectus. 2. *Metaph. c. 1.* Secundario verò Methodus etiam conformatur ad nostram cognitionem, quatenus rerum ordini respondet: quod enim primum est secundum naturam, id etiam primum est secundum distinctam & perfectam naturarum cognitionem, sicut quod bene habentibus salubre est, id secundum naturam salubre est, Vid. Keckerm. *System. Log.* p. 3. c. 1.]

III. Membra Methodi sint variâ, sed terminata & determinata.

[Varia: alia nimirum generalia, alia specialia, alia subalterna; atq; sic claritatis luce differentia, resq; variâ & diversâ comprehendunt. Hæc enim sola dispositionem Methodicam agnoscunt, cum in eo, quod per omnia unum est, & idem ordo non agnoscat. Finita & determinata. Quæ enim in infinitum excurrunt, in ordinem redigi nequeunt. Omne infinitum confusum. Omnis ordo & proportio, infinita verò proportionem non habent.]

IV. Methodi membra omnia sint homogenea.

[Homogenea axiomata hæc illa sunt, non quorum partes inter se sunt essentielles, sed quæ cetera inter se homogenea sunt, hoc est, quæ tanquam natura corporis unius & ejusdem membra ad idem subjectum sive materiam & thema, eundemq; finem spectant. Nihil ergo sit heterogeneum in Methodo. Ita sc. quod ad bene numerare non comparatur in Arithmetice, quod non ad bene dicendum in Rhetorice, non ad bene differendum in Logicis, &c. est heterogeneum. Ergo quid in Logicis physicum, in Mathematicis Ethicis, in Ethicis physicum tradatur, sed omnia in singulis sint homogenea & homogenea.]

V. Membra methodi transitionum fortiter seu vinculo (siquidem prolixior fuerit tractatus) legitime connectantur.

Trans

[Transitio enim methodi vinculum est, quo partes propositæ consequentes cum antecedentibus inter se colligantur, & connectuntur. Eaquæ vel perfecta est, quæ constat epilogo & propositione sequentium, hoc est, repetit dicta, & attingit dicenda: Vel imperfecta, quæ alterius saltem partis antecedentis vel consequentis mentionem facit. De modis verò Transitionum variis videatur Erasmus de verb. cop. Ista verò transitio mirè utilitatem recreat, & magnoperè intellectum ac memoriam juvat, cum aliquandiu partis unius explicatione detentus, adducitur breviter quid hæcenus audierit, & quid porro audiendum restet. Sicut contra ubi tractationis partes instar arena sine catce dissoluta non coherent, tacto deficitur, & intellectus ac memoria turbatur.]

VI. In Methodo nulla pars desit, nulla superfit.

[Intellige in Methodo, de quâ loquimur, perfecta: alicuius & Methodo sua sunt crypses, de quibus infra. In perfecta rejicitur inanis redundantia & nocifera mutilatio ac decurtatio, quibus doctrina obscurantur & ingenia discipulorum implicantur: juxta tritum illud, Obscurus fio, dum brevis esse volo.]

VII. In Methodo non immisceantur declarationes ex aliis; neque axiomata negata, atque attributa communia ponantur.

[Intellige de methodo scientificâ & exactissimâ. Atque sic, quod rectè monet Dn. Libavius, non satis accommodata ad docendum, reperuntur aliquando quadam ex communibus, quæ tunc singulari accommodatione sunt veluti propria. 1. Præterea etiam effecta & adjuncta apponimus. In quâ enim arte subjectum est, in eadem adjuncta ejus exponere non absurdum est. 2. Quia contrarium contrario appositum lucem accipit & contrariorum eadem disciplina est, mentionem etiam facimus oppositorum. 3. Cùm item nota sit negatorum non assernamur etiam negativa axiomata. Libav. Dial. Phil. Ram. fol. 608.]

2. Metho-

2. Methodus naturaliter est unica tantum, modi verò ejusdem distincti sunt varii.

[ Unica dicitur, quia unicus tantum est processus à prioribus & notioribus naturá ad posteriora. Hac verò unicus nequaquam obstat, quo minus, cum ratione terminata à quo, tum ratione objecti, unica hac Methodus distingui possit. ]

3. Est vel Universalis, vel Particularis.

4. Universalis est, quâ integrum disciplinæ (scientiæ, artis) alicujus Systema legitimè disponitur.

5. Eaquæ vel est Synthetica, vel Analytica.

[ Distinctio hac sumitur à termino à quo, sive dicitur sitate rerum variarum, quæ in variis disciplinis proponuntur, & proinde etiam diversum ordinem requirunt. Galenus distinguit Methodum in συστατικὴν constitutivam, ἀναλυτικὴν Resolutivam, & ὁριστικὴν Definitivam. Quæ tamen distinctio merito à Zabarella rejicitur de Methodo l. 3. c. 5. usque ad 15. ]

6. Methodus Synthetica est, quæ ab universali ad Particularia, & à simplicibus procedit ad composita.

Talis est in scientiis Theoricis, utpote Physica, Metaphysica, Mathematica.

[ Sic in Physica primùm traditur de corpore naturali in genere, dequæ affectionibus ejus & principiis, postea descenditur ad species corporis naturalis, videlicet corpus simplex, æther, elementum: quod sequitur mixtum, id est imperfectè mixtum, meteora; perfectè mixtum in animalium, mineralium, & metallorum.]

talla, *animatum vegetans, plantæ; sentiens, bruta; rationale, homo; atq; sic à summo genere ad species infimas devenitur.* ]

7. Methodus Analytica est, quæ procedit à fine ad principia, à compositis ad simplicia.

*Talis est in disciplinis practicis, utpote Ethica, Medicina, Architectonica, aliisq; artibus operatricibus.*

[ *Finis enim primum est operationis principium & mensura omnium mediorum, qua in tali disciplina docenda sunt. Intellectus enim operationis incipit à fine. Sic in Ethicis incipit Aristoteles à fine nempe felicitate seu summo bono. 2. Subjectum ponit, in quod finis introducitur, nempe appetitum hominis seu voluntatem & intellectum. 3. media tractat, per qua ad finem illum pervenimus, nempe virtutes intellectivas & morales, qua ordine suo proponuntur & explicantur. Ceterum de proprietatibus Methodi Synthetica & Analytica pluribus differentem vide Zabarellam l. de trib. præcogn. c. 1. 2. 3. &c. ]*

Hac de Methodo Universali, restat Particularis.

## CAPUT XXVI.

1. Particularis Methodus est, quæ certum aliquod & speciale thema disponitur.

2. Estq; vel thematis Simplicis, vel Compositi.

3. Methodus thematis simplicis est, quæ thema simplex legitime tractatur.

Ejus hic sit ordo. I. Definitio proponitur. II. Eadem secundum membra resolvitur hoc modo, ut. I. Definitio

tio nominis explicetur, & si vox ambigua sit distinguatur. 2. Genus investigetur. 3. Causa respectu quidem essentia: materia & forma: respectu existentia, efficiens & finis. 4. Subjectum & objectum. III. Dividitur in partes, & integrantes. 2. Species. IV. Effecta, Adjuncta, accidentia, cognata, antecedentia, consequentia, aliaq; circumstantia considerantur. V. Diversa & opposita adduntur. VI. Comparata quandoq; interspergantur. VII. Deniq; Testimonia varia subjiciuntur.

[Philippus hunc ordinem observandum precipit, ut dicitur. 1. Quid vocabulum significet. 2. An res sit. 3. Quae sit. 4. Quae sint ejus partes. 5. Quae species. 6. Quae causa. 7. Qui effectus. 8. Quae adjacentia. 9. Quae cognata. 10. Quae pugnancia. Vbi observa quatuor. I. Nonnunquam esse supervacaneum de voce quaerere, ubi ejus significationem manifestet definitio, aut ipsa per se manifesta. II. Questionem AN SIT esse supervacaneam cum enim rei definitio, causa, partes, accidentia, &c. adduntur, necesse est eam esse. Et quid opus est quaerere, cum res omnium oculis praesto sit. III. Nonnunquam membra deesse aut species, Vbi aliis divisionibus, si eadem dividendum sit, utimur. IV. Nec semper cognata pugnancia itemq; comparata ac Testimonia praestanda. Sed cujuslibet prudentia eadem vel eligere, vel necesse utrolibet modo relinquitur.]

4. Methodus thematis Conjuncti est, quo thema conjunctum legitime pertractatur.

In eodem attendatur I. resti thematis sive thematis controversiae constitutio. II. Theseos confirmatio. Quae sumitur ex causis, effectis, subjectis, adjunctis, dissentaneis, comparatis, ortis, testimonio, pro diversitate thematis qualitate & affectione, nec non eligentia discretionem. III. Theseos adversarii positio. IV. Resolutionum ejusdem resolutio & solutio. V. Thematis repetitio & variorum collectio.

Sed tamen & in his Methodus arbitraria pro docentis vel  
dicentis discretionem adhibetur. Exempla utriusq; occurrunt  
apud alios.


[*Observe hic ad calcem docendi causa. Me-  
thodum & ordinem variè a Peripateticis distin-  
gui. I. namq; est ordo temporis, qui ad Hi-  
storicos & Chronologicos pertinet. II. Ordo ge-  
nerationis, qui progreditur ab imperfectioribus  
ad perfectiora. III. Ordo compositionis qui  
progreditur a partibus integrantibus ad totum.  
IV. Ordo divisionis, qui descendit a superio-  
ribus ad inferiora. Unde Canon Logicus: Me-  
thodus descendit, non ascendit. V. Ordo  
perfectionis, qui progreditur a perfectioribus ad  
imperfectiora. VI. Ordo resolutionis, qui à  
toto integro ad partes integrales procedit. VII.  
Ordo collectionis, qui ab inferioribus ad supe-  
riora ascendit. VIII. Ordo dignitatis, qui à  
digniori ad indigniora procedit. IX. Ordo do-  
ctrinæ, qui a facilioribus incipit. X. Ordo ar-  
bitrarius, quo promiscua quævis scribuntur, ut  
sunt theses & alia. XI. Ordo sive methodus  
prudentiæ, quæ accommodatur ad circumstan-  
tias in praxi seu usu docendi, aut aliter materias  
tractandi. Ideoq; passiones quasdam habet, quas  
vulgo crypses Methodi vocant. Nam quandoq;  
1. Homogenea quædam respiciuntur, ut defi-  
nitionum, partitionum, transitionum lumina;  
quæ est crypsis ellypsos sive defectus. 2. He-  
terogenea quædam assumuntur, veluti digres-  
siones à re, & longiores in re commorationes,  
quæ*



*qua est crypsis pleonasmī, & vocatur Digressio. 3. Ordo rerum vel invertitur, vel inflectitur, & quod consequens & posterius est, tractatur prius, qua est crypsis Inversionis, & dicitur Methodus Inversa, itemq; Synthesis. Sunt autem ea arte tractandæ, ut non videantur vim attulisse Methodo & confusionem peperisse, sed veluti precario ob aliquam necessitatem aut circumstantiam admissæ, quod monet Dn. Libav. fol. 610.]*

F I N I S.







Plurimum quaeque oportuna locutus  
Suo patre sortita laetel sepe magna  
sapiencia.

Polus multabilior, is te, y omnia ad nu,  
tunc suis loquitur.

Et de 290, rebus, tuis, spe falle sopre,  
Eventy placidos, su pra fatu valent.





Th

4117